ñ ueri regis ſ; tiranni prefer uultũ· ſimlit diſcernen-
tes refutare poſſim̃· Siue illa q̃rũ pond ac ptiũ eru-
go uanitatis abrodens exagio ſeniorũ ñ ſint ad ę-
quari· ut noſmmata leuia atq; dãpnoſa min q;
penſantia recuſem̃· ne in illud incidentes qd ob-
ſeruare tota uirtute pręcepto dñi cõmonemur·
cunctis laborũ nr̃orũ meritis ſtipendiis q; fraude-
m̃· Nolite theſaurizare uob theſauros in tr̃a· ubi
erugo & tinea demolit̃. & ubi fures effodiunt &

furant. Quicquid enim contemplatione humane glorie fecerimus
in terra nos thesaurizare secundum domini sententiam noverimus. et
consequenter illud tamquam humi reconditum terreque defossum. vel
demonibus populandum. vel edacis cenodoxie erugine consumen-
dum. vel ita superbie tineis devorandum. ut ad nullam reconden-
tis utilitatem emolumentumque respiciat. Omnis ergo cordis nostri
recessus iugiter perscrutandi sunt. et ascendentium in eos ves-
tigia indagatione sagacissima retractanda. ne qua
forte intellectualis ibi bestia vel leo vel draco pertransiens per-
niciosa vestigia latenter impresserit. quibus accessum etiam
ceteris in adita nostri pectoris per cogitationum neglegentiam prebe-
at. Et ita per singulas horas atque momenta terram cordis nostri
evangelico aratro hoc est iugi dominice crucis recordatio-
ne sulcantes. vel noxiarum ex nobis ferarum cubilia. vel viru-
lentorum serpentium exterminare latibula poterimus.

Ad hec obstupefactos nos intuens senex. et ad ver-
ba narrationis sue inexplicabili ardore succen-
sos. pre admiratione desiderii nostri paulisper sermone suspen-
so adiecit. Quoniam nos o filii ad disputationem tam longam
vestra sedulitas provocavit. et ignis quidam collationis nostre fer-
ventiores sensus pro vestro desiderio subministrat. ut ex hoc
etiam ipse manifeste contempler in veritate vos perfecti-
onis sitire doctrinam. volo vobis adhuc super discretionis
eximietate vel gratia que inter cunctas virtutes arcem ac
principatum tenet pauca disserere. excellentiamque eius et
utilitatem non solum cotidianis exemplis sed etiam antiquis
patrum consultationibus ac sententiis approbare. Fre-
quenter namque memini me nonnullis huiusmodi sermo-
ne cum gemitu lacrimisque poscentibus me eis aliquid
doctrine conferre cupientem nullatenus potuisse. et ita
in me non solum sensum verum etiam ipsum eloquium defecisse.
ut non invenirem quemadmodum eos vel cum levi consolatione
dimitterem. Quibus indiciis evidenter agnoscitur domini

grām ꝓ merito ac desidio audientiū. disputantib; aspi-
rare sermonē. Quē q̄a breuissimū illud qđ supē. noc-
tis spatiū n̄ occurrit explere. indulgentes illud potiꝰ
q̄eti corporeę cui necesse ē. totū ipso solui. si id qđ modicū
ē. fuerit denegatū. plenū narrationis ordinē integro
futuri diei seu noctis examini reseruem̄. Decet namq;
discretionis obtimos consultores in hoc p̄mū patefacere
suę m̄tis industriā. & utrū sint ł ēē possint ei capaces.
hoc indicio ac patientia cōpbare. ut de illa quę mod'ati-
onis generatrix ē. uirtute tractantes. neq̄q̄ uitiū qđ
ipsi contrariū ē. nimietatis incurrant. ui rationis ac
natę ei quā uerb̄ excolunt. effectu ac ope uiolantes.
In hoc g̊ nob̄ discretionis bonū de q̄ q̄ntū ds̄ dedit
adhuc indagare disponim̄ p̄mitꝰ p̄sit. ut nos de ipsiꝰ
excellentia & mod'atione quę p̄ma eidē uirtͭ inesse
cognoscitis disserentes. disputationis q̊q; ł tēpis modū
n̄ p̄mittat excedē. His itaq; beatꝰ moises collationis nr̄ę
dans finē. adhuc nos auidos ac de suo ore pendentes.
degustare sonū paulisp adhortatꝰ ē. idē ipsis q̄b; insi-
debam̄ psiathiis amonens incubare. embrimiis parit
capiti nr̄o ceruicalii uice suppositis. quę crassiorib;
papyris in longos graciles q; fasciculos coaptatis.
sesq̄pedali interuallo parit colligata. nunc q̄dē hu-
millimū sedile ad scabelli uice frīb; in sinaxi cōsiden-
tib; prestant. nc̄ ū subiecta ceruicib; dormientiū pre-
bent capiti n̄ nimie durū s; tractabile aptū q; ful-
cimentū. Ad q̊s monachorū us̄ hec idcirco ł maxime
oportuna habent & cgrua. qđ n̄ solū sint aliq̄tenus
mollia. paruo q; & ope pparent & ptio. utpote passi
papiro p ripas nili fluminis emergente. s; etiā qđ
ad remouendū seu cū necesse fuerit ad mouendū
habil materię leuisq; naturę sint. Atq; ita pcep-
to senis tandē sum̄ ad degustationē somni onerosi

quiete compositi tam digeste collationis inflammati gaudio: quam repulsae disputationis exspectatione suspensi. MOYSI DE MONACHI DESTINATIONE VEL FINE
INCIPIUNT CAPITULA EIUSDEM SENIS COLLATIO SECUNDA DE DISCRETIONE

I Prooemium abbatis Mosi super discretionis gratiam. II Quid discretio sola conferat monacho. et disputatio beati Antonii. III De errore Saul et Achab. quo per discretionis imperitiam sunt decepti. IIII Quae de bono discretionis in scripturis sanctis referantur. V De morte Heronis senis. VI De ruina duorum fratrum et discretionis ignorantia. VII De alterius illusione quam imperitia discretionis incurrit. VIII De lapsu et deceptione monachi Mesopotameni. IX Interrogatio de adquirenda uera discretione. X Responsio quemadmodum possideatur uera discretio. XI Verba abbatis Serapionis de marco repatefactarum cogitationum. et de periculo propriae confidentiae. XII Confusio uerecundiae ob quam confunduntur cogitationes nostras senioribus reuelare. XIII Responsio de confusione calcanda et periculo non condolentis. XIIII De uocatione Samuel. XV De uocatione Pauli apostoli. XVI De appetenda discretione. XVII De immoderatis ieiuniis et uigiliis. XVIII Interrogatio de continentiae uel refectionis mensura. XVIIII De optimo cibi cotidiani modo. XX Obiectio de facilitate continentiae quae duobus paxmatiis sustineretur. XXI Responsio de uirtute et mensura expertae continentiae. XXII Quinam generalis continentiae modus sit. XXIII Quemadmodum abundantia humorum genitali castigetur.
XXIIII De labore aequalis refectionis et de fratris Beniamin edacitate. XXV Interrogatio quomodo possit una semper eademque mensura seruari. XXVI Responsio de non excedendo refectionis modo. INCIPIT COLLATIO SECUNDA DE DISCRETIONE

Degustato itaque matutino sopore. cum ortum lu-
cis tandem nobis claruisse gaudentes repromis-
sam narrationem reposcere cepissemus. beatus
moises ita exorsus est. Cum uideam uos tanto desiderii amo-
re inflammatos. ut ne ipsum quidem paruissimum quietis mo-
mentum quod spiritali collationi subtrahens refectioni car-
nis malueram deputare. ad requiem credam uestri corporis
profecisse. in me quoque hunc uestrum considerans feruorem. sollicitu-
do maior incumbit. Necesse est enim etiam me in persoluen-
do debito tanto maiorem deuotionis curam gerere. quan-
to uos id attentius uideo postulare. secundum illam senten-
tiam. Si sederis cenare ad mensam diuitis. sapienter intellige
que apponuntur tibi. et immitte manum tuam. sciens quia talia
te oportet preparare. Quam ob rem de bono discretio-
nis eiusque uirtute dicturi. in quam sermo nocturne col-
lationis ingressus. finem nostre disputationi dedit. con-
gruum credimus excellentiam eius patrum primo consignare sen-
tentiis. ut cum patuerit quid de illa senserint uel pronunti-
auerint maiores nostri. tum prolatis antiquis quoque recen-
tibus ruinis et casibus diuersorum. qui pro eo quod minus eam fu-
erant assecuti. pernicioso deiecti sunt lapsu. in quantum
possumus utilitates eius et commoda retractemus. Quibus
discussis. quemadmodum expetere eam atque excolere de-
beamus. efficacius instruamur. considerantes meriti eius
et gratie dignitatem. Est enim non mediocris quedam uirtus.
nec que humana ualeat passim industria comprehendi.
nisi diuina fuerit largitate collata. Siquidem inter no-
bilissima spiritus sancti dona. hanc quoque ita legimus ab apostolo
numerari. Alii datur per spiritum sermo sapientie. alii
sermo scientie secundum eundem spiritum. Alii fides in eodem
spiritu. alii gratia sanitatum in uno spiritu. Et post pauca.
Alii discretio spirituum. Deinde completo omni catalogo
spiritalium karismatum subdidit. Omnia autem hec operatur.

unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. Videtis
ergo non terrenum nec paruum esse discretionis munus, sed diuine gratie
maximum premium. quam nisi monachus omni intentione fu-
erit assecutus. et ascendentium in se spirituum discretionem cer-
ta ratione possederit. necesse est ei uelut in nocte ce-
ca tenebrisque oberrantem. non solum periculosis foueis
ac preruptis incidere. sed etiam in planis ac directis frequenter
offendere. Meminimus quondam in annis adhuc
pueritie constitutos in partibus thebaidos ubi beatus an-
tonius morabatur. seniores ad eum perfectionis inqui-
rende gratia conuenisse. Cumque a uespertinis horis usque
ad lucem fuisset protracta collatio. questionem hanc
maximum noctis spatium consumpsisse. Nam diutissime
querebatur. que nam uirtus uel obseruantia monachum
posset a diaboli laqueis ac deceptionibus custodire
semper illesum. uel certe tramite recto. firmoque gressu ad
perfectionis culmen euehere. Cumque pro captu mentis sue
proferret unusquisque sententiam. et alii quidem hoc in ieiu-
niorum uigiliarumque studio collocarent. quod his ui-
delicet extenuata mens ac puritatem cordis et cor-
poris assecuta deo facilius uniretur. alii in contemptu uni-
uersarum rerum quibus mens si penitus nudaretur. tamquam nul-
lis deinceps retinentibus laqueis ad deum expeditior
perueniret. alii anachoresim necessariam id est remo-
tionem et heremi secreta censerent. in qua commanens
quis familiarius interpellare deum eique posset peculi-
arius inherere. nonnulli caritatis id est
humanitatis officia definirent. quod his regna
celorum daturum se dominus in euangelio uelut specialius
repromittat dicens. uenite benedicti patris mei
possidete paratum uobis regnum a constitutione mun-
di. esuriui enim et dedistis mihi manducare. sitiui et
dedistis mihi bibere. et cetera. Cumque in hunc modum

ad dm

diversis virtutibus aditum certiorem parari posse decer-
nerent, essetque noctis maximum tempus hac inquisitione
consumptum, intulit demum beatus antonius. Omnia quidem
hec que dixistis necessaria sunt et utilia scientibus dominum atque
ad eum cupientibus pervenire. Sed his principalem tribuere
gratiam nequaquam nos innumeri multorum casus et experi-
menta permittunt. Nam sepe innumeros acerrime ie-
iuniis seu vigiliis incubantes ac mirifice in solitu-
dinem secedentes, privatione quoque omnium facultatum ita
sectantes, ut ex ipsis ne unius quidem diei victum sibimet
unumve denarium superesse paterentur, humanitatis etiam
studia tota devotione conplentes, ita vidimus repente
deceptos, ut arreptum opus non potuerint congruo exi-
tu terminare, summumque fervorem et conversationem lau-
dabilem detestabili fine concluserint. Quamobrem
quid principaliter ducat ad deum manifeste poterimus
agnoscere, si ruine ac deceptionis eorum causa a diligentius
nobis fuerit indagata. In illis namque cum exubera-
rent predictarum opera virtutum, discretio sola defi-
ciens usque ad finem ea durare non sinit. Nec enim alia
lapsus eorum causa deprehenditur, nisi quod minus a senio-
ribus instituti nequaquam potuerunt rationem discretionis ad-
ipisci, que pretermittens utramque nimietatem via
regia monachum docet semper incedere, et nec dex-
tra virtutum permittit extolli, id est fervoris excessu
iuste continentie modum inepta presumptione transcen-
dere, nec oblectatum remissione deflectere ad vitia
sinistra concedit, id est sub pretextu gubernandi cor-
poris contrario spiritus tepore lentescere. Hec namque est
discretio, que oculus et lucerna in euangelio nuncupatur,
secundum illam sententiam salvatoris. Lucerna corporis tui est
oculus tuus. Quod si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus
tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum

corpus tuum tenebrosum erit. eo quod ipsas cogitationes ho-
minis universas actusque discernens. cuncta que gerenda
sunt perspiciat atque perlustret. Que si in homine nequam fu-
erit. id est non vero iudicio et scientia communita. seu quoli-
bet errore ac presumptione decepta. totum corpus nostrum tene-
brosum faciet. hoc est. omnem aciem mentis actusque nostros reddet
obscuros. cecitate scilicet vitiorum et perturbationum tene-
bris involutos. Si enim inquit lumen quod in te est. tenebre sunt.
tenebre ipse quante sunt. Nulli namque dubium est. errante
iudicio cordis nostri. et ignorationis nocte possesso. cogita-
tiones quoque et opera nostra que non ex discretionis deliberatione
descendunt. maioribus peccatorum tenebris implicari.

Denique ille qui primum iudicio dei regnum populi israelis
emeruit. quia hunc discretionis oculum nequaquam ha-
buit. velut toto corpore tenebrosus etiam ipso deiectus est
regno. dum lucerne huius tenebris atque errore deceptus.
acceptabiliora deo sacrificia sua quam precepti samuelis obe-
dientiam iudicavit. atque ex illa magis parte causam offen-
sionis incurrit. ex qua repropitiandam sibi divinam speraverat
maiestatem. Huius inquam discretionis ignoratio achab regem
israhel post illum sublimissime victorie triumphum qui ei fue-
rat dei favore concessus. compulit credere meliorem esse mise-
ricordiam suam. quam divini severissimam executionem precepti.
et quoadmodum ipsi videbatur crudele imperium. Qua consideratio-
ne mollitus. dum mavult cruentam victoriam clementia tem-
perare. ob indiscretam misericordiam velut toto corpore redditus
tenebrosus. inrevocabili morte dampnatur. Hec est
discretio que non solum lucerna corporis. sed etiam sol ab apostolo
nuncupatur secundum illud. Sol non occidat super iracundiam
vestram. Hec etiam vite nostre dicitur gubernatio. secundum illud.
Quibus non est gubernatio. cadent ut folia. Hec est consilium rec-
tissime nominatur. sine quo nichil agere omnino scriptu-
re auctoritate permittimur. ita ut ne ipsum quidem spiritale

uinū qđ letificat cor hominis· sine ipsius moderamine sumi
pcipe. secdm illud· Cū consilio om̄ia fac· cū consilio uinū
bibe· & itm· Sic ciuitas muris diruta & n̄ circumdata· sic
ē. uir q̄ n̄ cū consilio aliqđ agit· Cui pnatio quā pnitiosa
sit monacho· testimonio huius exemplū ac figura decla-
rat. dirutę eū ac sine muris copans ciuitati· In hac sa-
pientia· in hac intellect' sensusq; consistit· sine qb; nec
interior nra ędificari dom' nec spūales poter' diuitię
cgregari· secdm illud· Cū sapientia ędificat' dom'· & cū
intellectu itm eriget'· Cū sensu implent' cellaria· omib;
diuitiis ptiosis & bonis· Hęc inq' ē· solidus cib; q n̄ a p-
fectis tantū ac robustis n̄ potest sumi· secdm illud· Pfec-
torū autē ē· solidū cib; eorūq; p consuetudine exercitatos
habent sensus ad discretionē boni ac mali· Quę in tantū
util' nob ac necessaria cōpbat'· ut etiā uerbo dī eiq; uirtu-
tib; coaptet'· secdm illud· Viuus ē· eni sermo dī & efficax·
& penetrabilior om̄i gladio ancipiti· & ptingens usq; ad
diuisionē animę ac spš· cōpagū qq; & medullarū· & dis-
cretor cogitationū· & intentionū cordi'· Quib; manifes-
tissime declarat'· nullā sine discretionis grā pfecte pos-
se l' pfici l' stare uirtutē· & ita tam beati antonii quā
uniuersorū sententia definitū ē· discretionē esse· quę
fixo gradu intrepidū monachū pducat ad dm̄· predic-
tasq; uirtutes iugit' cseruet illesas· cū q ad cōsūmatio-
nis excelsa fastigia minore possit fatigatione conscen-
di· & sine q multi etiā ppensiū laborantes· pfectionis
nequierint culm attingere· Omniū nanq; uirtutū
generatrix· custos· moderatrix q; discretio est·

Et ut hanc eandē definitionē antiqt' a sco antonio
& cętis patrib; pmulgatā recens qq; sic pmisim'
confirmet exemplū· recolite id qđ nup gestū
oculorū urorū inditiis obtutib; senē uidelicet heronē
ante paucos admodū dies illusione diaboli a summis

ad ima deiectum, quem quinquaginta annis in heremo commoratum
singulari districtione rigorem continentie tenuisse memi-
nimus, et solitudinis secreta ultra omnes hic commoran-
tes miro feruore sectatum. Hic ergo quo pacto uel que
ratione post tantos labores ab insidiatore delusus
grauissimo corruens lapsu, cunctos in hac he-
remo consistentes luctuoso dolore percussit? Nonne
quia minus discretionis uirtute possessa suis defi-
nitionibus regi quam consiliis uel collationibus fratrum atque
institutis maiorum maluit obedire? Siquidem tanto
rigore inmutabile ieiunii continentiam semper exer-
cuit, et solitudinis celle que ita iugiter secreta sec-
tatus est, ut ab eo participationem ineundi cum fratrum
tate conuiuii, ne ueneratio quidem diei paschalis aliquando
aliquando potuerit obtinere. In qua fratribus cunctis
pro anniuersaria solempnitate in ecclesia retentis solus non
potuit aggregari, ne quantulumcumque perceptione
leguminis parui a suo uideretur proposito relaxasse.
Qua presumptione deceptus angelum sathane uelut an-
gelum lucis cum summa ueneratione suscipiens eius que
preceptis prono obediens famulatu, semetipsum in pu-
teum cuius profunditatem oculorum non attingeret intuitus
precipitem dedit, de angeli uidelicet sui sponsione
non dubitans, qui eum pro merito uirtutum ac laborum suo-
rum nequaquam posse firmauerat ulli iam discrimini sub-
iacere. Cuius rei fidem ut experimento sue sospitatis eui-
dentius comprobaret, supradicto se puteo nocte intem-
pesta illusus iniecit, magnum scilicet uirtutis sue
meritum probaturus, cum inde exisset illesus. Qui cum
poene iam exanguis ingenti fratrum labore fuisset
extractus, uitam die tertia finiturus, quod his dete-
rius est, ita deceptionis sue obstinatione permansit,
ut ne ei in experimento quidem mortis sue potuerit

~~potuit~~ persuaderi. quod fuisset demonum calliditate de-
lusus. Quam ob rem pro meritis laborum tantorum et anno-
rum numerositate quam in heremo perdurauit. ac mise-
ratione et humanitate summa. ab his qui ei conpa-
tiebantur exitio. uix a presbytero abbate pafnutio potuit
obtineri. ut non inter biothanatos reputatus. etiam memo-
ria et oblatione pausantium iudicaretur indignus.

Quid dicam de illis duobus fratribus. qui cum illa ultra he-
remi thebaidos ubi quondam fuerat beatus an-
tonius habitarent; nimium cauta discretione permo-
ti. euntes per extensam solitudinis uastitatem. nulla es-
cam penitus sumere decreuerunt. nisi quam per semet ipsum
illis dominus prestitisset. Cumque errantes eos per deserta.
deficientes iam fame a longe maztces conspexissent.
que gens cunctis pene nationibus feris inmanior atque
crudelior est. non enim eos ad effusionem sanguinis ut
nonnullas gentes desiderium prede sed sola ferocitas mentis
instigat. eisque contra naturam ferocitatis sue cum panibus
occurrissent. unus ex eis subueniente discretione
uelut a domino sibi porrectos cum gaudio et gratiarum
actione suscepit. reputans escam sibi diuinitus mi-
nistrari. nec sine deo factum. ut hi qui semper hominum cru-
ore gaudent. deficientibus iam ac tabescentibus uite sub-
stantiam largirentur. Alius uero recusans cibum uelut ab ho-
mine sibi oblatum. inedie defectione consumptus est. Quo-
rum licet initia ex reprehensibili persuasione descende-
rent. unus tamen subueniente discretione id quod temere
incauteque ceperat. emendauit. alius uero tamen in stulta pre-
sumptione perdurans ac penitus discretionis ignarus.
mortem quam dominus auertere uoluit sibi ipse consci-
uit. nequaquam credens instinctu factum diuino. quod
inmites barbari prope feritatis obliti. panes eis pro

gladius obtulissent. Quid etiam de illo commemorem cuius
nominis quia adhuc superest nolumus facere mentionem. qui diu longo
tempore demonem in angeli suscepit claritate. reuelationibus
eius innumeris sepe deceptus credidit nuntium esse iusticie?
Nam exceptis his. etiam per omnes noctes in cella eius lumen absque ul-
lius lucerne prebebat officio. Ad extremum iubetur a de-
mone. ut deo filium suum qui cum eo pariter in monasterio comma-
nebat offerret. ut scilicet hoc sacrificio abrahe patriar-
che meritis equaretur. Cuius in tantum est persuasione seductus.
ut parricidium opere perfecisset. nisi cum uidens puer cultrum ex-
tra consuetudinem acuendo preparare. et uincula quibus eum ue-
lut oblaturus ad immolandum constringere disponebat
inquirere. presagio sceleris futuri perterritus aufugisset.
Longum est deceptionem quoque illius monachi mesopota-
meni narrando percurrere. qui in illa prouincia a paucis imi-
tabilem continentiam tenens. quam per multos annos singulariter in
cella reclusus exegerat. ita est ad extremum diabolicis
reuelationibus somniisque delusus. ut post tantos labo-
res atque uirtutes quibus excesserat omnes monachos ibidem
residentes. ad iudaismum et circumcisionem carnis lapsu
miserabili reuolueretur. Nam cum uolens eum consuetudi-
ne uisionum ad credulitatem future deceptionis illice-
re. uerissima queque multo tempore diabolus uelut
ueritatis nuntius reuelasset. ad extremum ostendit christia-
num populum una cum principibus religionis ac fidei nostre.
apostolis scilicet atque martiribus. tenebrosum ac tetrum omnique
macie tabidum atque deformem. econtra iudeorum ple-
bem una cum moyse. patriarchis. prophetis. summa tripudi-
antem leticia. et splendidissimo lumine choruscantem.
suadens ut si mallet meriti ac beatitudinis illorum
particeps fieri. circumcisionem quoque suscipere festinaret.
Horum itaque profecto nullus tam lugubriter fuisset illusus.

si rationem discretionis huius assequi laborasset. Quam ob
rem in quantum pernitiosum sit discretionis gratiam non ha
bere. multorum casus et experimenta declarant.
Ad hec germanus. Et nouellis exemplis et defini
onibus antiquorum satis abunde quodammodo patuit. dis
cretionem fontem quondam et radicem cunctarum esse
uirtutum. Quomodo ergo adquiri debeat. cupimus edoceri.
aut quemadmodum utrum uera et ex deo. an falsa et
diabolica sit possit agnosci. ut secundum illam euangelicam
quam superiore tractatu disseruisti parabolam. qua iu
bemur fieri probabiles trapezite. nomismati impressam
ueri regis imaginem peruidentes deprehendere ualeamus.
uel quid non sit in moneta legitima figuratum. atque
illud sicut uulgari usus uerbo hesterna collatione
dixisti tamquam paracharaximum reprobemus. illa instruc
ti peritia quam satis copiose et integre prosecutus. spiritali atque
euangelico trapezete inesse debere signasti. Quid enim
proderit uirtutes eius et gratiarum merita cognouisse. si
quemadmodum expetenda uel adquirenda sit nesciamus.
Tum moyses. Vera inquit discretio. non nisi
uera humilitate conquiritur. Cuius humilitatis
hec erit prima probatio. si uniuersa non solum que a
genda sunt. sed etiam que cogitantur seniorum reser
uentur examini. ut nichil suo quis iudicio credens.
illorum per omnia definitionibus adquiescat. et quid bo
num uel malum debeat iudicare. eorum traditione cognos
cat. Que institutio non solum per ueram discretionis uiam iu
uenem recto tramite docebit incedere. uerum a cunctis
fraudibus et insidiis inimici seruabit illesum. Nulla
tenus enim decipi poterit quisque qui non suo iudicio sed ma
iorum uiuit exemplo. Nec ualebit ignorationi eius
callidus hostis illudere. qui uniuersas cogitationes in
corde nascentes pernitiosa uerecundia nescit obte-

gere.

sed eas maturo examine seniorum vel reprobat vel admittit.
Illico namque ut patefacta fuerit cogitatio maligna
marcescit. et antequam discretionis iudicium proferatur. ser-
pens teterrimus velut tenebroso ac subterraneo specu
virtute confessionis protractus ad lucem. et traductus quodam-
modo ac dehonestatus abscedit. Tam diu enim suggesti-
ones eius noxie dominantur in nobis. quamdiu celantur in cor-
de. Et ut virtutem sententie huius efficatius colliga-
tis. referam vobis abbatis Serapionis factum. quod ille iu-
nioribus frequentissime instructionis gratia proponebat.
Cum adhuc inquit puerulus essem. et cum abbate The-
one commanerem. hec mihi inimici impugnatio-
ne ingesta fuerat consuetudo. ut postquam refecissem ho-
ra nona cum sene, unum paximatium cotidie in sinu
meo latenter absconderem. quod sero ignorante illo oc-
culte edebam. Quod furtum licet convenientia voluntatis
et inoliti semel desiderii incontinentia sine cessatio-
ne committerem. expleta tamen concupiscentie fraudu-
lentia ad memet ipsum revertens. gravius super ad-
misso furti crimine cruciabar. quam super esu eius
fueram (iocundatus) delectatus. Cumque istud molestissimum opus
velut ab exactoribus pharaonis mihi indictum vice
laterum singulis diebus explere non sine cordis mei do-
lore compellerer. nec tamen eruere me possem ab hac
eorum sevissima tirannide. et clandestinum furtum seni
manifestare confunderer. contigit dei nutu de hoc me
captivitatis iugo volentis eripere. ut quidam fratres cellam
senis obtentu edificationis expeterent. Cumque
refectione transacta, collatio spiritalis coepisset
agitari. respondensque senex ex propositis interrogatio-
nibus eorum. de gastrimargie vitio et occultarum
cogitationum dominatione dissereret. earumque na-
turam et atrocissimam vim quam habent donec

celarentur exponeret. ego collationis huius uirtute com
punctus et conscientia redarguente perterritus. uelut qui crede
rem ob hoc ea fuisse prolata quod seni dominus secreta mei
pectoris reuelasset. in occultos primum gemitus excita
tus. dein cordis mei conpunctione crescente in apertos
singultus lacrimasque prorumpens. paxamatium quod consuetu
dine uitiosa subtraxeram clanculo comedendum, de sinu
furti mei conscio ac susceptore produxi. eumque in medium
proferens. quemadmodum cottidie latenter ederem prostratus
in terra cum ueniae postulatione confessus sum. et uberrimis
profusis lacrimis. ut absolutionem durissimae captiui
tatis a domino poscerent. imploraui. Tum senex. Confide
inquit o puer. absoluit te ab hac captiuitate, etiam me ta
cente confessio tua. Victorem namque aduersarii tui hodie
triumphasti. ualidius eum tua confessione prosternens. quam ipse
fueras ab eo tua taciturnitate deiectus. quem utique neque
tua neque alterius responsione confutans in te permiseras nunc
usque dominari. secundum illam salomonis sententiam. Quia non
fit contradictio ab his qui faciunt malum cito. ideo repletum est
cor filiorum hominum in ipsis ut faciant mala. Et idcirco
iam te post hanc publicationem suam iste nequissimus spiritus inqui
etare non poterit. nec in te latibuli sibi tetrum nidum serpens
deinceps usurpabit. de tenebris cordis tui salutari confessio
ne protractus ad lucem. Nec dum senex haec uerba conpleuerat.
et ecce lampas accensa de meo sinu procedens, ita cellam re
pleuit odore sulphureo. ut uehementia foetoris ipsius
uix in ea nos residere permitteret. Resumensque admoni
tionem senex. ecce inquit tibi dominus ueritatem sermonum me
orum inuisibiliter approbauit. ut passionis illius incentorem
de corde tuo salubri confessione depulsum oculis perspiceres.
patefactumque hostem nequaquam in te locum ulterius habitu
rum, aperta eius expulsione cognosceres. Itaque secundum sen
tentiam senis ita est in me inquit confessionis huius

uirtute dominatio diabolicę illius tirannid' extincta, atq; inppetuu consopita. ut nunq in memoriā qdem concupiscentię hui ulterius teptauerit inimicus ingerere. nec me post hec aliquando pulsatū furti illius desidiu instigatione psenseri. Que sensū in ecclasten q̊q; pulcherrime legim figuratū. Si mo mordet inquit serpens in silentio. n e. abundantia incantatori. tacitū serpentis morsū pnitiosū esse designans. Id est si p confessione suggestio seu cogitatio diabolica incantatori cuiquā. spuali scilicet uiro. q carminib; scripturarū mederi pti uulneri & extrahere de corde csueuit noxia uenena serpentis. patefacta n fuerit. succurrere periclitanti periturō ue n poterit. Hoc g m ad scientiam discretionis uerę puenire facillime poterimus. ut seniorū uestigia subsequentes. neq; agere qcq nouū neq; discernere nro iudicio psumamus. s; quemadmodū nos t illorū traditio t uitę pbitas informauerit. in omnib; gradiam. Qua institutione firmat. n, m ad pfecta discretionis ratione qsq; pueniet. uerū a cunctis insidiis inimici tutissim pmanebit. Nullo nanq; alio uitio tam peipite diabolus monachū pducit ad morte. quā cū eū neglectis csiliis seniorū. suo iudicio psū aserit definitioniq; confidere; & enī cū oms artes & disciplinę humano ingenio repte. & quę nichil amplius q uitę huī tēpal cōmod psunt. licet manu palpari queant & oclis puidi. recte tam a quoquā sine instituentis doctrina nequeant cōphendi. quā ineptū ē. credere hanc solā n egere doctore. quę & inuisibil & occulta ē. & quę n nisi corde purissimo puidet. Cui error n tempale dāpnū nec qd facile reparet. s; pditione animę parit. morte q; ppetua. Habet enī non aduersus uisibiles. s; inuisibiles atq; immites hostes diurnū

nocturnuq; conflictu· nc cotra unu seu duos· s; cotra in
numerabiles catuas spualé certam· Cui cas tanto pnitio
sior cunctis quanto & interior inimicus & egressus
occultior· & ido semp seniorū sūma cautione sc sec
tanda uestigia· atq; ad eos cuncta que in nris cordib;
oriunt· sublato cfusionis uelamine deferenda·

Germanus· Occasione nob pniciose uerecundie
q cogitationes malas studem obtegere· illa p
cipue creat causa· q nouim quenda in syrie partib;
ut credebat pcipuu seniorū cuida frī cogitationes
suas siplici cfessione pdenti· postmodu quada im
pugnatione comotu easde grauit exprobrasse· Vn
de fit ut du eas in nob pmim· ac seniorib; erubes
cim publicare· curationu remedia cseq nequeam·

Moyses· Sic n sunt oms iuuenes pari ul fer
uentes spu ul disciplinis ac morib; obtimis
instituti· ita nec senes q de cuncti uno m ul pfecti pos
sunt ul pbatissimi reperiri· Diuitie eni senu n sc ca
nitie capitis· s; industria iuuentutis ac pteritoru la
boru stipendiis metiende· Que eni n cgregasti inqt in
iuuentute· quomodo inuenies in senectute tua· Senect
nanq; honorabil n diuturna· nec numero annoru
coputata· Cani eni sc sensus hominis· & etas senectutis
uita imaculata· & iccirco n omiu senioru quoru
capita canicies tegit· q sq; uite longeuitas sola
comendat· nob sc sectanda uestigia· seu traditiones
ac monita suscipienda· s; eoru q s laudabilit uitam
sua ac pbatissime copim in iuuentute signasse· nec
psuptionib; ppis s; maioru traditionib; institutos·
Sc eni n nulli quoru etia q de· lugubriu maior
e· multitudo· qui in tepore suo que ab adolescen
tia ceeper atq; ignauia senescentes· auctoritate

auctoritate sibi non maturitate morum. sed annorum
numerositate conquirunt. De quibus exprobratio illa domini proprie satis
dirigitur per prophetam. Et comederunt alieni robur eius. et
ipse nescivit. sed et cani effusi sunt in eo. et ipse igno
ravit. Hos inquam in exemplum iunioribus non vitae probi-
tas. nec ulla propositi huius laudabilis atque imitanda
districtio. sed annositas sola provexit. Quorum caniti-
tiem callidissimus inimicus ad deceptionem iuniorum
in praeiudicata auctoritate proponens. etiam illos qui ad
viam perfectionis vel suis vel aliorum poterant monitis in
citari. subvertere ac decipere exemplis eorum frau
dulenta subtilitate festinat. vel in teporem eos sci
licet noxium. vel in letalem desperationem. doctrinis eorum
institutisque perducens. Cuius rei volens vobis exem-
pla proferre. auctoris nomine praetermisso ne nos
quoque illius qui patefacta sibi fratris vitia publicavit
simile aliquid admittamus. rem tantum quae instruc
tionem necessariam vobis conferre possit exponam. Cum
ad quendam senem nobis optime cognitum. quidam non igna-
vissimorum iuvenum profectus sui et curationis gratia
pervenisset. et carnalibus incentivis ac fornicationis
spiritu semet ipsum inquietari simpliciter prodidisset.
consolationem credens laboribus suis orationem
senis et remedia inflictis vulneribus reperturum.
ille amarissimis eum increpans verbis miserabilemque
et indignum nec monachi nomine censendum esse
pronuntians. qui potuerit huiusmodi vitio et concupiscen
tia titillari. ita suis e contrario correptionibus
vulneravit. ut eum summa desperatione deiectum
ac letali tristitia consternatum e sua dimit
teret cella. Cumque ei tali merore depresso
nec iam de remedio passionis sed de exple-

tione concupiscentię conceptę confunda cogitatione
tractanti. abbas apollo seniorum probatissimus occur-
risset. laboremque et oppugnationis uehementiam quę
in corde eius tacite uoluebat, de contemplatione uultus
et deiectione coniectans, causam tantę perturbationis
inquireret. atque ille molliter se compellanti seni ne
responsum quidem ullum posset referre. magis ac magis
eum sentiens senex non inaniter causam tantę tristicię
silentio uelle contegere. quam ne uultu quidem
dissimulare preualeret. intentius ab eo causas
occulti doloris coepit inquirere. Quibus ille constrictus.
pergere se confitetur ad uicum. ut quia secundum sententiam illius senis
monachus esse non posset. nec refrenare carnis sti-
mulos et impugnationis remedia consequi ualeret.
uxorem duceret. ac relicto monasterio reuerteretur
ad seculum. Quem senex blanda consolatione demulcens.
seseque asserens isdem cottidie incentiuorum stimulis
atque estibus agitari. et iccirco non debere eum prorsus despera-
tione concidere. nec mirari super impugnationis ardorem.
que non tam laboris studio quam misericordia domini et gratia uin-
ceretur. unius tantum diei ab eodem petit inducias. et
ut reuerteretur ad cellam suam deprecatus. ad monasterium
predicti senis tota festinatione perrexit. Cumque eidem proximas-
set. expansis manibus orationem cum lacrimis fundens.
conuerte ait domine qui occultarum uirium et infirmitatis hu-
manę solus arbiter piusque secretus es medicus. impug-
nationem iuuenis illius in senem illum. ut condescendere
infirmitatibus laborantium et compati fragilitati iunio-
rum uel in senectute doceatur. Cumque ille hanc precem cum ge-
mitu conclusisset. cernit ethiopem nigrum contra illius
cellulam stantem. atque ignita aduersus eum iacula diri-
gentem. quibus cum fuisset ille protinus sauciatus. et egres-
e cella huc illucque uelut amens et ebrius cursitaret.

atq; egrediens & ingrediens iam se in ea cōtinere n̄ pos-
set. eadē uia certꝰ pgere coepit. q̊ iuuenis ille discesse-
rat. Quē abbas apollo uelut amite facti qbusdā furi-
is conspiciens agitari. intellexit ignitū diaboli qd̄ iude-
rat telū in corde eiꝰ fuisse defixū. illaq; in eo confu-
sione intis ac pturbatione sensuū intolerand' estib;
opari. accedensq; ad eū. q̊ inq̄t pperas. aut que nā-
te causę senilꝰ illiꝰ grauitatis oblitū ita puerilit̄ in-
qetant. ac mobilit̄ cursitare cōpellunt. Cumq; ille
p cōscientię suę reatu ac turpi exagitatione confu-
sus. crederet ardorē sui pectoris dephensū. ac retectis
iam sui cord' archanis nullā responsionē pcunctan-
ti reddere prsus auderet. reuertere inq̄t ad cellā.
tandēq; te intellige l ignoratū actenus a diabo-
lo l despectū. nec in eorū numero reputatū qb;
ille cottidie confligere & colluctari pfectib; eorū
ac studiis instigatur. q unū eiꝰ in te directū iacu-
lū post tantorū annorū seriē quā in hac pfessio-
ne triuisti. n̄ dicā respuere. s; ne uno qdem die
differre potuisti. Quo te iccirco dn̄s passus ē sau-
ciari. ut saltē [illegible] in senecta disceres cōpati infirmi-
tatib; alienis. & fragilitati cōdescendere iuniorū tuis
exemplis atq; expientia doceretis. q suscipiens iu-
uenē infestatione diabolica laborantē. n̄ m̄ nulla tanē
cōsolatione fouisti. s; etiā pniciosa despatione deiec-
tū inimici manib; tradidisti. quantū in te ē. ab
eodē lugubrit̄ deuorandū. Quē sine dubio neqq
tā uehementi conflictu fuisset aggressus. quo te
nc usq; ē appetere dedignatꝰ. n̄ futuro pfectui eiꝰ
inuidens inimicus. illā uirtutē quā animo eiꝰ ines-
se cernebat. anticipare ac puertere suis ignitis
iaculis festinasset. pculdubio intelligens fortiorē cū
tanta uehementia confligere ope pretiū iudicauit.

Disce itaq; tuis exemplis laborantib; cōpati & pericli-
tantes nequaquā pnitiosa desperatione terere. nec durissi
mis sermonib; asperare. s; potius leni blanda q; con
solatione reficere. & scdm preceptū sapientissimi
salomonis eruere eos q ducunt ad mortē. & re-
dimere eos q intficiunt ne parcas. nri q; salua
toris exemplo harundine quassatā n conterere.
& linū fumigans n extinguere. atq; illā a dno
grām poscere. quā ipse qq; fiducialit ualeas ope
ac ueritate cantare. Dns dedit m lingua erudi
tā. ut sciā sustentare eū q lapsus ē. uerbo. Nullus
eni sufferre inimici posset insidias. seu carna
les estus naturali qdā m igne flagrantes. l extingue-
re. l reprimere. n grā di l iuuaret fragilitatē nrām.
l ptegeret ac muniret. & iccirco salutaris hui
dispensationis ratione finita. qua uel illū an
uenē pnitiosis estib; dns libare. l de impugnatio
nis uehementia & cōpatiendi affectu te uoluit
erudire. cōmunib; eū pcib; imploremus. q flagel
lū istud qd utilitatis grā t dns inferre dignat
est, iubeat amoueri. Ipse eni dolere facit &
rursū medet. pcutit & man ei sanat. ipse hu
miliat & exaltat. ipse occidit & uiuificat. dedu
cit ad infernū & reducit. & ignita diaboli iacu
la que me arbitro t pmisit infligi. redundan-
te sps sui rore restinguat. Quā teptationē
licet eadē celeritate qua inferri dns passus ē.
ad unā senis orationē rursus abstulerit. euiden-
ti tam expi mto docuit n m n explorari pa-
tefacta cuiq; uitia. s; ne leuit qdem laboran-
tis dolorē debē contēpni. & iccirco uos neqq
unius senis siue paucorū l imperitia uel

leuitas, ab illa salutari quam prediximus uia et tra-
ditione maiorum detrahat et excludat. quorum cau-
tione ad deceptionem iuniorum callidissimus abutitur in-
imicus. sed absque ullo confusionis optentu omnia debent
senioribus reuelari. atque ab eis uel remedia uulne-
rum, uel exempla conuersationis ac uite fiducialiter sumi. In
pari opere et similem experiemur effectum. si nichil penitus
affectare nostro iudicio ac presumptione temptemus.

Denique intantum placita deo hec sententia comprobatur, ut etiam in scripturis sanctis hanc eandem
institutionem non otiose repperiamus insertam. ita ut pu-
erum samuelem iudicio prelectum suo nollet per se-
met ipsum diuini colloquii disciplina dominus
erudire. sed recurrere semel et iterum pateretur
ad senem. eumque que ad suum euocabat alloqui.

etiam illum quem offenderat dominus. dum in senioris doctri-
na uellet institui. et quem sua uocatione dignis-
simum iudicarat. senioris mallet institutione
formari. Ut scilicet et illius qui ad diuinum
ministerium uocabatur probaretur humilitas. et iuni-
oribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo.

Paulum quoque per semet ipsum uocans et alloquens
Christus. cum posset ei perfectionis uiam reserare
confestim. dirigere ad ananiam uult. et ab eo iu-
bet uiam ueritatis agnoscere dicens. Surge
et ingredere ciuitatem. et ibi dicetur tibi quid te opor-
teat facere. Mittit itaque et hunc ad seniorem.
eiusque illum doctrina quam sua censet institui.
ne scilicet quod recte gestum fuisset in pau-
lo. posteris malum presumptionis preberet exemplum.
dum unusquisque sibimet persuaderet similiter se quoque
debere dei solius magisterio atque doctrina. potius

quā seniorū institutione formari. Quā psumptionē ipse
etiā apl's n̄ solū litteris, s; etiā ope atq; exēplo docet
omnimod detestandā. ob hoc solū in se asserens ierosolimā
limā conscendisse. ut euglm qd comitante grā
sps sci cū potestate signorū & pdigiorū gentib; pdica
bat. cū suis coaplis & antecessorib; priuatā quodāmodo ac
domestica examinatione conferret. & contuli cū illis
inquiens euglm qd predico int gentes. ne forte in uacu
ū currerē aut cucurrissē. Quis g tam psūptor &
cecus sit. q se audeat suo iudicio discretioni q; cō
mittere. cū uas electionis indiguisse se coaplorū
suorū collatione testetur. Vnde manifestissime
cōpbat. nulli a dno uiā pfectionis ostendi. q habe
at unde ualeat erudiri. & doctrinā seniorū l inst
tituta cōtēpserit. paruipendens illud eloquiū.
qd oportet diligentissime custodiri. Interroga
patrē tuū & annuntiabit t. seniores tuos. & di
cent t. Omni g conatu discretionis debet bonū uir
tute humilitatis adqri. quę nos illesos ab utroq;
potest nimietate seruare. Vet' nanq; ē sententia
ΑΚ.ΡΟΤΗΤΑΙϹΟΤΗΤΑΙϹ. id ē. nimietates equa
les st. Ad unū eni finē nimietatis ieiunii ac uo
racitas puenit. eodē q; dispendio uigiliarū im
modata cōtinuatio monachū q somni grauissimi
torpor inuoluat. Nam p excessū cōtinentię debilita
tū quenq; ad illū statū reuocari necesse ē. in q ne
glegens qsq; p incuria detinet. ita ut frequent qs
p gastrimargia decipi n̄ potuisse cōspeximus. p inmo
derationē ieiuniorū uidim fuisse deiectos. atq;
ad eandē quā uicerant passionē infirmitatis
occasione collapsos. Vigilię qq; & pnoctationes
irrationabiles deiecer. qs somp n̄ supare n̄ potuit;

q̃ propt̃ secdm aplm p arma iusticię que a dex-
tris sunt & a sinistris, recto modamine transe-
undu ẽ. & ita int̃ utrasq; nimietates discretio-
ne modante gradiendu. ut nec a tradito con-
tinentię tramite nos adquiescamus abduci. nec
rursu remissione noxia, in gulę uentrisq; desidia
concidamus. Et eni memini me frequent̃
ita appetitu cibi penit᷒ respuisse. ut duob; di-
eb; ac trib; refectione dilata. ne memoria q̃de
ullι᷒ edulii mea inpellauerit mente. &
rursus ab oclis meis ita somnu diaboli impug
natione subtractu. ut plures noctes ac dies
paululu q̃d somni meis oclis a dño pcarer in
fundi. grauiu᷒q; me periclitatu somni cibiq;
fastidio. quã soporis & gastrimargię collucta-
tione psensi. Itaq; sic festinandu nob ẽ. ne p
appetitu corporeę uoluntatis in dissolutio-
one noxia dilabam̃. & ante prestitutu temp᷒
ł cibo indulgere ł modu ei᷒ excedere psuma-
m᷒. ita ẽ. & esce somni q; refectio hora legi-
tima. etiã si horreat ingerenda. Utrumq;
eni bellu. aduersarii factione consurgit.
& pnitiosius continentia inmodata. q̃
saturitas remissa supplantat. Ab hac nanq;
ad mensura districtionis interuedente saluta-
ri cõpunctione escendi potest. ab illa ñ potest.

Germanus. Quis ergo ẽ. modus continentię.
que equo moderamine retinentes int̃
utranq; nimietate illesi transire possim᷒.

Moyses. Sup hac re, inter maiores nros. fre-
quent̃ nouim᷒ habitu fuisse tracta-
tu. Nam discutientes continentias diuisori

quę uel solis leguminib; uel olerib; tantum uel pomis
uitam uigiliter exigebant. preposuere cunctis illi
refectionem solius panis. Cuius equissimum modum in du-
obus paximatiis statuere. Quos paruulos panes uix
libre unius pondus habere certissimum est.

Quod nos gratanter amplexi. respondimus hunc
modum nos minime pertinentia reputare.
quippe qui integrum eum nequaquam possemus insumere.

Moyses. Si uultis experiri uim statuti huius mo-
dum istum uigiliter retinete. nullum extrinsecus
coctionis pulmentum die dominico uel sabbati. neq; sub
aliqua aduenientium fratrum occasione sumentes. Nam
his refecta caro. non solum minore quantitate di-
eb; residuis poterit sustentari. uerum etiam totam
refectionem sine labore differre. illorum scilicet cibo
rum quos extrinsecus suscepit adiectione suffulta. Quod
nullo modo facere. nec refectionem panis differre in di-
em posterum preualebit. quisq; fuerit semper predictę mensurę
quantitate contentus. Et enim memini seniores nostros quod
nosq; retineo frequenter fuisse perpessos. cum tanto la
bore ac difficultate hanc parsimoniam sustentas-
se. tantaq; ui atq; inedia predictam custodisse mensu
ram ut inuiti quodam modo nec sine gemitu atq; tristi-
cia hunc finem sibi refectionis imponerent.

Generalis tamen hic modus continentię est. ut secundum
capacitatem uirium uel corporis uel ętatis. tantum sibi
met cibi unusquisq; concedat. quantum sustentatio carnis.
non quantum desiderium saturitatis exposcit. In utraq;
enim parte sustinebit maximum detrimentum. quisquis in
equalitatem tenens. nunc uentrem ieiuniorum ari-
ditate constringit. nunc escarum nimietate distendit.
Ut enim mens cibi inanitate lassata perdit orationi
uigorem. dum carnis lassitudine nimia pergrauata

condormitare cōpellit᷑. ita rursū nimietate uo-
racitatis oppressa. emittere ad dn̄m preces puras
leuesq; n̄ poterit. S; ne castimonię q̇dē ipsius pu-
ritatē indisrupta ualebit uigilātē seruare. dū
ei etiā dieb; ill' q̄b; carnē uidet᷑ acriore continen-
tia castigare. p̄terita cibi materia igne carnal'
concupiscentię sūministrat. Nam qd̄ semel
ꝑescarū abundantiā cōgestū fuerit in medull'.
necesse ē. egeri atq; ab ipsa naturę lege ꝑpelli.
que exuberantiā cuiuslibet humoris sup̄flui ue
lut noxiā sibi atq; contrariā in semet ipsa resi-
dere n̄ patit᷑. Idōq; rationabili semp̄ & ęquali est
corp⁹ nr̄m parsimonia castigandū. ut si naturali
hac necessitate cōmorantes in carne omnimodis
carere n̄ possum᷑. saltē rarius nos & n̄ amplius
quā trina uice ista colluuione respsos totius anni
cursus inueniat. Qd̄ tam̄ sine ullo pruritu q̇es so-
por egerat. n̄ fallax imago index occultę uolupta
tis eliciat. Quā ob rē hec ē. tempata quā diximus
continentia & qualitas atq; mensura. que patrū qq;
iudicio cōplat᷑. ut cottidianā qq; panis refectionē
cottidiana comitet᷑ esuries. in uno eodēq; statu a
nimā parit corpusq; cōseruans. nec ieiunii fatigatio
ne corp⁹ ccidē. nec grauari mētē saturitate p̄mit
tens. Tanta namq; frugalitate finit᷑. ut mēdū se
post uespam. nec sentiat aut meminerit refecisse.
Et in tantū hoc n̄ sine labore p̄ficit᷑. ut malint
hii q̇ p̄fectione discretionis ignorant. etiā
biduo p̄telare ieiunia. idq; qd̄ hodie suptum
fuerant in crastinū reseruare. dū modo ad refec
tionē ꝑuenientes desiderata satietate potiantur.
Qd̄ nup beniamin ciuē ur̄m ptinacit̄ tenuisse
cognoscitis. q̇ ne cottidie p. xemaciā duo

percipiens, et quali castigatione continuam parcitatem iugi-
ter retentaret. maluit biduana semper continuare ieiu-
nia, dum tamen ad refectionem veniens duplicata mensura
repleret ventris ingluviem. Nam id quod biduo fuerat
percepturus, differens uno die abolitionem ieiunii
post biduum pariter insumebat, ut quatuor paximatia co-
medens desiderata saturitate frueretur. et expletionem
ventris sub biduano ieiunio quodammodo conpararet. Quam
obstinatione et pertinacia mentis suae definitionibus po-
tius propriis quam seniorum traditionibus adquiescens, quali
fine sui propositi terminarit, procul dubio meministis.
Siquidem relicta heremo rursus ad inanem philosophiam
mundi huius ac vanitatem seculi devolutus, praedictam sen-
tentiam seniorum sui casus signet exemplo, ruinaque sua
cunctos doceat neminem definitionibus suis et proprio
iudicio confidentem perfectionis culmen aliquando
posse conscendere, sed nec diaboli quidem perniciosa illusione
non decipi. GERMANUS. Quo modo ergo a nobis hic
modus indirupte poterit custodiri. Nam nonnunquam hora
nona soluta iam statione ieiunii supervenientibus fratribus
necesse est eorum obtentu aut aliquid adici ad sta-
tutam solitamque mensuram, aut certe humanitatem
quam iubemur omnibus exhibere penitus evitare.
MOYSES. Utrumque uno modo ac sollicitudine pa-
ri convenit observari. Nam et mensuram cibi cau-
sa continentiae ac puritatis absque omni scrupulo cus-
todire debemus, et humanitatem atque adhortati-
onem advenientibus fratribus caritatis obtentu simi-
liter exhibere. Quia satis absurdum est, ut fratri immo Christo
mensam offerens, non cum eo cibi partem sumas, aut ab
eius refectione te facias alienum. Itaque in neutra
parte reprehensibiles inveniemur, si haec a nobis

teneat̃ consuetudo· ut hora nona de duob; paxima-
tis quę nobis canonica m̃sura debent̃· uno paxima-
tio p̃libato aliud hui⁹ expectationis gr̃a in uespam
reseruem⁹· q̃d si supuenerit q̃spiã fr̃m cũ ipso
partẽ insumam⁹· nichil c̃suetudini solitę ampli-
us adiungentes· & hac dispensatione neq̃q̃ nos
fr̃is c̃tristabit aduent⁹· q̃ nob̃ debet ẽẽ gratis-
simus· Si q̃d ẽ sic ei exhibebim⁹ humanitatis obse-
q̃a· ut nichil ã rigore c̃tinentię relaxem⁹· Si u̾
nullũ aduenerit· hunc q̃q; de canonico m̃ debi-
tũ libe p̃sumam⁹· Qua parcitate nec stomac⁹
uespe poterit aggrauari· q̃ppe hora nona uno
paximatio iã p̃sumpto· q̃d plerumq; iis q̃ districti-
orẽ abstinentiã se tenere credentes totã refecti-
onẽ ad uespam differ̃· euenire c̃sueuit· Nam
recens escę pceptio· tã in uesptinis q̃ in nocturnis
orationib; tenuẽ leuẽq; sensũ n̄ sinit inueniri.
Ideoq; c̃modũ satis & utile hora nona refectionis
temp⁹ indultũ ẽ· in q̃ reficiens monach⁹ n̄ solũ in no-
cturnis uigiliis leuis ac uacuu⁹· uerũ etiã in ipsis
uesptinis solẽpnitatib; digesto iã cibo inuenitur
aptissim⁹· Talib; nos s̃cs moises gemine instituti-
onis epul̃ saginauit· n̄ solũ discretionis gr̃ãm atq;
uirtutẽ p̃senti eruditione uerborũ· s; etiam
abrenũtiandi rationẽ & destinationẽ fineq; p-
positi ante acta disputatione demonstrans·
Ut q̃d ante feruore tantũ sp̃s ac zelo dĩ clau-
sis q̃dã m̃ oc̃lis sectabam̃· luce clari⁹ apiret· fa-
ceretq; sentire quantũ a puritate cord̃ & dis-
cretionis linea fuissem⁹ id tempis euagati·
q̃ppe cũ etiã omniũ uisibiliũ in hoc s̃clo artiũ
disciplina absq; destinationis ratione subsistẽ

ac sine contēplatione certi finis attingi omnino n̄
possit. EXPL̄. ABB̄ MOYSI SCDA. INCIP. CAPIT̄.
I Deconuersatione ac uita abbatis paphnutii.
II De sermone eiusdē senis. ac responsione nr̄a.
III ꝑpositio abbatis paphnutii de trib; uocationū ge
nerib; & de trib; renūtiationib; IIII. Expositio
triū uocationū. V Q̄d & desidioso uocatio ꝑmanē
psit. VI Expositio triū renūtiationū. VII Queadmo
dū singlariū renūtiationū sit apphendenda ꝑfectio.
VIII De ppriis diuitiis in q̄b; constat animę pulchri
tudo ł foeditas. VIIII De tripartito genere diuitiarū.
X N̄ posse quenq; ꝑmo tantū renūtiationis gradu ēē ꝑ
fectū. XI Interogatio de libo arbitrio hominis & gr̄a
dī. XII Responsio de dispensatione diuine gr̄ę ma
nente arbitrii libertate. XIII Q̄d directio uitę
nr̄ę ex dō sit. XIIII Q̄d scientia legis magisterio &
illuminatione dn̄i cferat. XV Q̄d intellectꝰ quo man
data dī possimꝰ agnoscere. & bonę uoluntatis effectꝰ
a dn̄o cdonet. XVI Q̄d ipsa fides a dn̄o concedat.
XVII Quomō ratio & tolerantia tēptationū nob a dn̄o
tribuat. XVIII Q̄d ꝑpetuitas timoris dī nob a dn̄o
cferat. XVIIII Q̄d initiū bonę uoluntatis &
cśūmatio eī a dn̄o sit. XX Q̄d nichil in hoc mun
do sine dō gerat. XXI Obiectio sup libi arbitrii
libertate. XXII Responsio q̄d libm arbitriū nr̄m
adiutorio dn̄i semꝑ indigeat. INCIPIT CONL. ABB̄
illi semper aut minui. Nullaque in omni creatura talis poterit esse perfectio.
quae mutabilitatis non subiaceat passioni. Secundum illud quod in li
bro beati Iob legitur. Quid est homo ut inmaculatus sit. aut
iustus appareat natus de muliere. Ecce inter sanctos eius ne
mo inmutabilis. et caeli non sunt mundi in conspectu eius. Solum
namque deum inmutabilem confitemur. quem tantum in sancti illius
prophetae ita conpellat oratio. Tu autem idem ipse es. et ipse de se. Ego
sum inquit deus. et non mutor. Quod scilicet ipse sit solus naturaliter
semper bonus. semper plenus. semperque perfectus. cui nihil nec adici pos
sit aliquando nec minui. Ideoque debemus ad uirtutum studia
inremissa cura ac sollicitudine nosmet ipsos semper extendere.
ipsisque nos iugiter exercitiis occupare. ne cessante profectu
confestim diminutio subsequatur. Ut enim diximus. in uno mens
eodemque statu manere non praeualet. id est ut ne augmenta uirtu
tum capiat. nec detrimentum sustineat. Non adquisisse enim imminuisse
est. quia desinente appetitu proficiendi. non aberit a periculo
recidendi. Ideoque iugis cellae commonitio retentanda

est. Totiens enim etiam reuersus quasi uelut nouus in ea et incipiens habitator titubabit atque turbabitur quotiens ab eadem fuerit euagatus. Illa namque quam in cella residens adquisierat animi intentionem si fuerit relaxata. recuperare rursum sine labore poterit ac dolore. Et per hoc reductus retro non de amisso cogitabit profectu quem super adicere potuit si e cella non fuisset excursus. sed gaudebit potius si illum statum de quo recidit semet ipsum senserit recepisse. Nam sicut amissum ac preteritum tempus uitam reuocari non potest. ita ne illa quidem que perierunt possunt emolumenta restitui. Quantumlibet enim post hec animi intentio fuerit operata. instantis diei profectus et presentis temporis questus est. non lucri semel perditi reparatio. Mutabilitati autem etiam supernas potestates ut dicimus subiacere. declarant illi qui de eorum numero corrupte uoluntatis uitio corruerunt. Unde neque illi inmutabilis nature esse putandi sunt. qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant. eo quod in contraria parte non fuerint similiter deprauati. Aliud namque est inmutabilis nature esse. aliud uirtutis industria boni quoque custodia per inmutabilitatem dei gratiam non mutari. Quicquid enim per diligentiam uel adquiritur uel tenetur. potest etiam per neglegentiam deperire. Ideo quoque dicitur. Ne beatifices hominem ante exitum suum. Quamdiu uidelicet adhuc in eluctatione quis et ut ita dixerim scamate constitutus. quamuis uincere soleat ac frequentes palmas uictorie consequatur. non potest tamen a metu ac suspitione incerti prouentus esse securus. Et idcirco deus solus inmutabilis et bonus dicitur. qui bonitatem non industrie studio sed naturaliter possidens. non potest aliud esse quam bonus. Nulla ergo uirtus potest inmobiliter ab homine possideri. sed ut parta iugiter teneatur necesse est eam semper illa qua adquisita est. sed utilitate atque industria custodiri. Lapsum uero quempiam nequaquam subitanea ruina corruisse credendum est. sed aut praue institutionis deceptum exordio. aut per longam mentis incuriam paulatim uirtute animi decidente. et per hoc sensim uitiis increscentibus casu miserabili concidisse. Ante contritionem enim precedit iniuria. et ante ruinam mala cogitatio.

Queadmodū dom⁹ nūq̄ subitaneo ad ruinā pcutit impulsu·n̄ aut
antiquo uitio fundamti· aut longa inhabitantiū desidia stillicidiis
p̄mū paruissimis penetrantib; corrupta sensi fuerint munimta
tectorū· q̄b; p uetustā neglegentiā i maiore modū patefactis
atq; elapsis· riuati p hec influet pluuiarū imbriūq; tēpestas.
In pigritiis eni humiliabit̄ ↄtignatio· & i segnitia manuū stil-
labit dom⁹· ad anime spualit̄ euenire· idē salomon aliis uer-
bis ita designat· Stillicidia iuḡens eiciunt hominē in die hie-
mali de domo sua· Elegant̄ ḡ mtis incuriā domui cōparauit
tectoq; neglecto· p quā p̄mo q̄dē uelut minutissima queda
penetrant ad animā stillicidia passionū· que si uelut parua
ac leuia neglegant̄· corrūpunt tigna uirtutū· & p hec
influunt imbre largissimo uitiorū· p que in die hiemā-
li id ē in tēpe tēptationis ingruente impugnatione diaboli
expellet̄ mens de habitatione uirtutū· in q̄ scilicet aliq̄n-
do circūspecta diligentiā retinens uelut in dom⁹ ppe pos-
sessione requieuerit· His itaq; cōptis infinitā spual̄ cibi pcepi-
m⁹ uoluptatē· ita ut ex hac collatione maiore animi gaudio
repleremᷣ q̄ ante tristicia sup nece scōrū fueram⁹ affecti
N̄ solū eni de q̄b; hesitabam⁹ edocti sum· uerū etiā alia
que p tenuitate sensus nr̄i min⁹ inq̄rere noueram⁹ sub
illius questionis interrogatione cognouimus.

Explic̄ conl̄ abbis theodori d nece scōꝝ. Incip̄ conlatio
abbis sereni· i d aīe ignobilitate & spalib⁹ neq̄tiis.

Sume scitatis & ↄtinentie uiri nominis sui spe-
culū abbatē serenū quē singlari sum⁹ uenera-
tione p ceteris amirati· studio scōrū mrib; isinuare cu-
pientes· alias arbitram̄ desidiū nr̄m nos explere n̄
posse· quā si collationes ei⁹ nr̄is libell̄ tēptauerim⁹ in-
serere· Cui sup̄ oms uirtutes que n̄ solū in ei⁹ actualib;
morib; s; etiā in ipso uultu p dī gr̄am refulgebant·
ita ē· peculiari beneficio donū castitatis infusū· ut

etiam se ne ipsis quidem naturalibus incentivis inquietari vel in sopore sen-
tiret. Ad quam tamen carnis perpetuam puritatem. quemadmodum gratia
dei adminiculante pervenerit. quoniam super conditionem naturae videtur
humanae. necessarium reor primitus explicare. Hic ergo pro in-
terna cordis atque animae castitate nocturnis diurnisque precibus;
ieiuniis quoque ac vigiliis infatigabiliter insistens. cum vidisset
orationum suarum obtinuisse se vota. cunctosque aestus in
corde suo concupiscentiae carnalis extinctos. velut suavis-
simo gustu puritatis accensus. in maiorem sitim zelo casti-
tatis exarsit. et intentioribus coepit ieiuniis atque obsecratio-
nibus incubare. ut mortificatio passionis huius quae interiori
homini suo dono dei fuerat adtributa. ad exterioris etiam
puritatem eatenus perveniret. ut ne ipse quidem vel illo simplici ac na-
turali motu qui etiam in parvulis atque lactentibus excitatur. ulterius
pulsaretur. indepti scilicet muneris experimento quod se noverat non la-
borum merito sed dei gratia consecutum. ardentius animatur. ad hoc quoque
similiter obtinendum credens multo facilius hos stimulos carnis
radicitus deum posse evellere. quos etiam humanae artis industria non
numquam solet quibusdam poculis vel medicaminis seu ferri sectione detrahere.
quando quidem illam spiritus puritatem quae sublimior est quaeque impossibile est.
humano labore vel studio conprehendi. suo munere contulisset.
Cumque petitioni coeptae supplicatione iugi ac lacrimis indefes-
sus insisteret. veniens ad eum angelus in visione nocturna. eique velut
aperiens uterum. quandam ignitam carnis strumam de eius visceribus avellens
atque proiciens. suisque omnia ut fuerant locis intestina restituens.
ecce inquit incentiva tuae carnis abscisa sunt. et obtinuisse te noveris
hodierno die perpetuam corporis puritatem. quam fideliter poposcisti.
Haec de gratia dei quae memorato viro peculiariter adtributa est.
breviter dixisse sufficiat. Ceterum de illis virtutibus quas cum religiosissi-
mis viris communiter possidebat. aliquid commemorare superfluum puto. Ne
specialiter sub nomine huius ista narratio aliis demere videatur id
quod de isto singulariter fuerit praedicatum. Hunc ergo summo desiderio cla-
tionis eius atque instructionis accensi. diebus quadragesimae videre

curauim᷑. Q cũ a nob̄ de q̄litate cogitationũ nr̄arũ & interioris ho-
minis statu tranq̄llissima ↄpellatione quesisset. l qđ nob̄ ad
eã puritatẽ tanti tẽpis heremi habitatio ↄtulisset. his eũ que-
rimoniis adorsi sum᷑. Supputatio tẽporũ ac solitudinis
habitatio. cũ ↄtemplationis coniecis interioris hominis pfectio-
nẽ nos conseq̄ debuisse. hoc solũ m̄ contulit nob̄. ut discerem᷑
qđ esse nequeam᷑. ittam fecit esse qđ esse ↄtendim᷑. Nec enim
aut desidatę puritatis fixã stabilitatẽ. aut robur aliqđ fir-
mitatis nos hac scientia nouim᷑ adsequutos. s; tantũ m̄ con-
fusionis ac pudoris augm̄ta. Et enim cũ omniũ disciplinarũ
meditatio ad hoc cotidianis studiis exerceat᷑ atq; pficiat᷑.
ut a tirpid rudimentis ad peritiã certã stabilẽq; pueniens.
incipiens nosse que pmit l ambigue nouerat l penitus
ignorabat. & firmo ut ita dixerim gradu in illius disciplinę
pcedens. pfecte in ea ac sine ulla iã difficultate usetur. e contrario
me in huius puritatis studio laborantẽ id solũ m̄ pfecisse re-
perio. ut sciã qđ esse n̄ possũ. Ex q̄ nihil m̄ aliud sentio quã la-
bore tanta cordis ↄtritione conferri. ut nũq̄ scilicet desit materia
lacrimarũ. nec tam̄ esse desinã qđ esse n̄ debeo. Et idcirco qđ pfuit
didicisse qđ summũ est. si cognitũ nequeat apphendi. Illam
cũ directione cordis ad destinatũ ptende senserim᷑. insensibi-
liter mens inde reuoluta. ad priores euagationes impetu ue-
hementiore plabit᷑; & ita cotidianis distentionib; occupata.
innumeris captiuitatib; incessant abducit᷑. ut ppe mo-
dũ iã despet᷑ a nob̄ desidata correctio. & supflua hec
obseruantia uideat᷑. Siqđe p momenta singlã lubricis dis-
cursib; anim᷑ euagat᷑. cũ ad timorẽ dĩ l ↄtẽplationẽ
reducit᷑ spualẽ. priusq̄ firmet᷑ in ea. rursũ fugatiu᷑ eua-
nescit. Cumq; eũ uelut expgefacti dephendim᷑ ab inten-
tione pposita deuiasse. atq; ad illã theoriã unde dis-
cesserat reducentes. uoluerim᷑ eũ tenacissima cordis inten-
tione uelut q̄b;dã uinclis obligare. in ipso conatu nr̄o ociũ
quã anguilla de recessib; mentis elabit᷑. Ob q̄ re ↄcotidianis

huiusmodi obseruationibus estuantes. nec tamen ex ipsis aliquid nostro cordi stabilitatis robur accessisse cernentes. ad hanc opinionem fracti desperatione traducimur. ut non nostro iam sed naturę uitio has animę peruagationes humano generi inesse credamus.

SERENUS. Periculose presumptionis est. nec dum recte discussa nec certa ratione collecta de natura cuiuslibet rei properpere definire. ac de consideratione fragilitatis suę capere coniecturam. non de statu & qualitate ipsius disciplinę uel de aliorum experientia proferre sententiam. Nec enim si quis natandi ignarus. sciens pondus corporis sui ferri aquarum liquore non posse. experimento suę uoluerit imperitię definire. Neminem posse liquido elemento solida carne circumdatum sustineri. idcirco uera eius opinio iudicanda est. quam secundum experientiam suam uisus est protulisse. cum hoc non solum non esse inpossibile sed etiam perfacile ab aliis fieri ratione certissima & oculorum fide non dubia conprobetur. Nous itaque id est mens ΑΣΙΗΕΤΟΣ. ΚΑΙΠΟΛΛΥΣ ΣΙΗΕΤΟΣ definitur. id est semper mobilis & multum mobilis. Quod etiam in sapientia quę dicitur salomonis aliis uerbis ita describitur.

cu geoses . sce nos brioi noin poli frontla
ΚΑΙ ΓΕΩΔΗϹ · ϹΚΗΝΟϹ · ΒΡΙΘΕΙ · ΝΟΥΝ · ΠΟΛΥΦΡΟΝΤΙΔΑ ·

.i. & terrenum habitaculum adgrauat mentem multa cogitantem. Hec igitur pro conditione naturę numquam potest otiosa consistere. sed necesse est eam nisi prouisum habuerit ubi suos exerceat motus & in quibus iugiter occupetur. propria mobilitate discurrere & per omnia uolitare. donec longo exercitio usuque assuefacta ductnio quo uos incassum dicitis ~~incassum~~ laborasse. experiatur & discat. quas memorię suę materias debeat preparare. erga quas circumagat indefessos uolatus. & immorandi robur adquirat. & ita preualeat aduersas inimici suggestiones quibus distrahebatur extrudere. atque in illo quem desiderat statu ac qualitate durare. Non ergo hanc euagationem cordis nostri uel naturę humanę uel deo creatori eius debemus adscribere. Vera est enim scripturę sententia quia deus fecit hominem rectum. & ipsi quesierunt cogitationes multas. A nobis ergo earum qualitas pendet. quia cogitatio bona scientibus eam adpropinquat. uir

aut prudenſ inueniet eā. Quicq̄d enī ut inueniri poſſit nr̄e
prudentie induſtrie q; ſubiectū ē. ſi n̄ fuerit inuentū. ſine du-
bio nr̄e deſidie ł inprudentie. n̄ nature uitio reputandū ē.
Cui ſenſui pſalmiſta quoq; congruit. dicenſ. Beatuſ uir cuiuſ ē auxi-
lium eiuſ abſ te dn̄e. aſcenſuſ in corde ſuo diſpoſuit. Videtiſ ergo in
nr̄a ditione conſiſtere. ut ſiue aſcenſuſ id ē ꝑtingenteſ ad dm̄ co-
gitationeſ. ſiue deſcenſuſ ad trena. ſcilicet & carnalia corruen-
teſ. in nr̄iſ cordib; diſponamuſ. Que ſi n̄ in nr̄a poteſtate conſiſ-
terent. nec phariſeoſ dn̄ſ increpaſſet. dicenſ. Quid cogitatiſ ma-
la in cordib; ur̄iſ. nec ꝑ ꝓpham dn̄ſ ꝑcepiſſet dicēſ. Auferte
malū cogitationū ur̄arū ab oclīſ meiſ. & uſquequo morabunt
inte cogitationeſ noxie. Nec in die iudicii earū qualitaſ que-
admodū operum exigeretur a nob. ita ꝑ eſaiā dn̄o comminante. Ec-
ce inquit ego uenio ut congregē opa & cogitationeſ eorū cum
omnib; gentib; & linguiſ. Sed ne cōdēnari quidē earū teſtimonio
defendi in illo tribili atq; metuendo examine. ſecdm̄ beati
apl̄i ſententiā mereremur. ita dicentiſ. & inter ſe inuicē cogitatio-
nib; accuſantib; aut etiā defendentib; in die quo iudicabit
dſ occulta hominū ſecdm̄ euglīū meū. Huiuſ ergo ꝑfec-
te mentiſ figura. ꝑ illū euglīcū centurione pulcherrime de-
ſignatur. cuiuſ uirtuſ atq; conſtantia quia nullis quib; libet ingruentib;
cogitationib; abducebatur. ſed ꝑ ſuo iudicio ł admittebat bonaſ
ł contrariaſ abſq; ulla difficultate pellebat. hac tropica ſig-
nificatione deſcripta ē. Nā & ego homo ſū ſub poteſtate ha-
benſ ſub me militeſ. & dico huic uade & uadit. & alio ue-
ni. & uenit. & ſeruo meo fac hoc. & facit. Si ergo noſ quoq;
uiriliter aduſū ꝑturbationeſ & uitia dimicanteſ potuerim'
eaſ ditioni nr̄e diſcretioni q; ſubicere. ac militanteſ in
carne nr̄a extinguere paſſioneſ. ł inſtabilē cogitationū
nr̄arū cohortē rationiſ imꝑio ſubiugare. ac dn̄ice cruciſ
ſalutari uexillo. diriſſimuſ aduſariarū poteſtatū turmaſ
a finib; nr̄i pectoriſ ꝓpulſare. ꝓ tantorū meritiſ triū-
phorū ad ſpiritalem huiuſ centurioniſ ordinē ꝓuehemur. que in

exodo quoque per moysen mystice legimus designatum. Constitue tibi uicarios et centuriones et quinquagenarios et decanos. Et ita nos quoque dignitatis huius apice sublimati habebimus hanc impendi potestatem atque uirtutem. quod non quibus nolumus cogitationibus abducamur. sed his quibus spiritaliter delectamur immorari uel inherere possimus. Malis quidem suggestionibus imperantes abite et abibunt. Bonis uero uenite et uenient. Seruo quoque nostro id est corpori ea que castitatis uel continentie sunt similiter iniungemus et sine ulla contradictione deseruiet. non iam suscitans nobis aduersus concupiscentie stimulos. sed omnem exhibens spiritui famulatum. Huius centurionis qualia arma sint. uel que ad preliorum exercitia preparentur. audi beatum apostolum predicantem. Arma inquit militie nostre non sunt carnalia. sed potentia deo. Dixit qualia sunt. id est non carnalia nec infirma. sed spiritalia et potentia deo. Deinde ad quos sunt exercenda conflictus consequenter insinuat. Ad destructionem munitionum cogitationes purgantes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. et captiuantes omnem intellectum in obedientiam christi. et preparati ulcisci omnem inobedientiam. cum impleta fuerit primum uestra obedientia. Que quam singillatim percurrere sit necessarium ita etiam alterius temporis est. armorum tamen istorum uolo nobis genera proprietatesque patefacere. quibus nos quoque si uolumus bella domini preliari et inter centuriones euangelicos militare. accincti iugiter debemus incedere. Sumite inquit scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignita restringuere. Ergo fides est que excipiens ardentissima libidinum tela. metu futuri iudicii et celestis regni credulitate mortificat. Et loricam inquit caritatis. Ipsa nempe est que uitalia pectoris nostri circumdans atque communiens letalibus perturbationum obiecta uulneribus contrarios retundit ictus. nec ad interiorem hominem nostrum iacula diaboli penetrare permittit. Omnia enim suffert. omnia patitur. omnia sustinet. Et galeam spem salutis. Galea est capitis munimen. Et quia caput nostrum christus est. debemus illud semper spe futurorum bonorum uelut inexpugnabili galea in cunctis temptationibus ac persecutionibus

commutare. et principaliter fidem ei illesam atque integram custodire. Illius enim membris truncatum quempiam licet debilem. possibile tamen utcumque superesse. Sine capite vero nemini vel brevis vite spatium prorogatur. Et gladium spiritus quod est verbum dei. penetrabilior namque omni gladio ancipiti. et pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus. compagum quoque et medullarum. et discretor cogitationum et intentionum cordis. dividens scilicet et abscidens quicquid in nobis carnale terrenumque repperit. Quibus armis quisquis fuerit communitus. ab hostium semper et populatione defensus. non ut captivus ac subditus ad hostilem cogitationum terram constrictus depredantium vinclis abducetur. nec audiet per prophetam. quare inveteratus es in terra aliena. sed tamquam triumphator ac victor in illa quam voluerit cogitationum regione consistet. Vis etiam ipsum robur ac fortitudinem centurionis huius quibus hec arma que prediximus non carnalia sed potentia deo gestet. agnoscere. Audi ipsum regem viros fortes ad spiritalem militiam egregantem. eos dilectos signet ac probet. Infirmus inquit dicat quia fortis sum ego. et qui patiens est sit pugnator. Vides ergo bella domini preliari nisi patientes infirmosque non posse. illa procul dubio infirmitate qua fundatur ille vir evangelicus centurio cum fiducia loquebatur. Cum infirmor. tunc potens sum. et iterum. Virtus enim in infirmitate perficitur. De qua infirmitate unus prophetarum. Et erit inquit qui infirmatur in eos sicut domus david. patiens etiam hec bella preliabitur. Nempe illa patientia. de qua dicitur. Patientia vobis necessaria est ut voluntatem dei facientes. recipiatis remunerationem. Debere tamen ac posse nos domino coherere. et experientia propria deprehendimus. si mortificatas voluntates ac desideria mundi huius habemus abscisa. et illorum auctoritate docebimur. qui domino eloquentes fiducialiter dicunt. Adhesit anima mea post te. Et adhesi testimoniis tuis domine. et mihi adherere deo bonum est. et qui adheret domino unus spiritus est. Non ergo debemus his evagationibus anime fatigati ab hoc studio relaxari. Qui enim colit terram suam. saturabitur panibus. qui autem sectatur otium. replebitur paupertate. Nec ab intenti-

one hui᷒ obseruantię ꝑniciosa desꝑatione frangam̄ᵘ. qa in om̄i
sollicito m̄e. amplius. Illa q̄ suauis & sine dolore ē. in egestate erit.
& tam̄. Vir in dolorib; laborat sibi. & ui facit ꝑditioni suę. Nec n̄ & iā
regnū cęlorū ui patit̄. & uiolenti diripiunt illud. Nulla namq;
uirt᷒ sine labore ꝑficit̄. nec ulli possibile ē. ad istā quā cupitis
stabilitatē m̄tis. sine ingenti cord᷒ contritione conscende̅. Homo
enī ad labore̅ nascit̄. Ꝗ ut in uirū ꝑfectū possit occurrere. in
m̄suram ętatis plenitudinis xp̄i. maiore eū necesse ē. intentione sēp
esse ꝑuigile. iugiq; sollicitudine desudare. Ad cui᷒ tam m̄surę
plenitudine̅ nemo ꝑueniet aliqd᷒ in futūm. n̄ q̄ ꝑmeditat᷒ & in-
but᷒ ea fuerit in p̄senti. eaq; adhuc in hoc sc̄lo posit᷒ ꝑlibarit.
xp̄iq; m̄brū ꝑtiosissimū designat᷒. arrā cōpaginis illui᷒ ꝑ quā
corpi ei᷒ ualeat copulari. in hac carne possedit. Vnū dūtaxat
desid̄ans. unū sciens. ad unū omnes n̄ solū act᷒ suos uerū etiā
cogitationes semꝑ intendens. ut illud qd᷒ in futūm dr̄ de bea-
ta conuersatione scōrū. iā subarratū teneat in p̄senti. id ē ut sit
ei ds̄ omnia i omīb;   GERMANUS. Posset forsitan hęc
uolubilitas m̄tis aliqt̄en᷒ coerceri. si eā n̄ tant᷒ aduersariorū
numer᷒ circumuallans ad ea quę n̄ uult. immo q̄ illā suę q̄q; na-
turę mobilitas rapit. indesinent᷒ inpelleret. Quā cū tā innu-
merabiles tā potentes. tāq; t̄ribiles circūagant inimici. resisti
ill᷒ ab hac ꝑserti carne inpossibile crede̅m᷒. n̄ ad hanc opinione̅
u̅ris sententiis uelut celestib; animarem᷒ oraculis.   Seren᷒.
Aduersarios q̄ de nob᷒ iugit᷒ insidiari. q̄cumq; interioris hominis
expti sē pugnas. dubitare n̄ possit. S; ita dicim᷒ hos n̄ris ꝑfec-
tib; aduersari. ut eos tantū m̄ incentores malorū. n̄ etiā inpul-
sores esse credam᷒. Cet̄m nullū hominū posset, omnino uitare peccatū
qdcūq; illi cordib; n̄ris inurere uoluissent. si eis quemadmodum
ad suggerendū ita & ad cōpellendū facultas uiolenta suppe-
teret. Quā ob re̅ sic ill᷒ ē. instigationis copia. ita i nob᷒ uirt᷒
respuendi siue adq̄escendi libertas ē. attributa. Quorū
tamen potentiā & inpugnationes si ꝑtimescim᷒. & iā ꝑtec-
tiones atq; adiutoria dī econtrario conferam᷒. de q̄ dicit̄.

Maior enim qui in nobis est quam qui in hoc mundo. Cuius auxilia mul
to uehementiore militant uirtute pro nobis. quam aduersum nos illorum
multitudo confligit. Nam bonarum rerum non tantum suggestor sed
etiam fauctor atque inpulsor est deus. ita ut nonnumquam nos etiam inuitos
et ignorantes attrahat ad salutem. Constat ergo neminem posse
diabolo decipi. nisi illum qui prebere ei maluerit suę uoluntatis
assensum. Quod ecclastes his uerbis euidenter expressit. Quia enim
non fit contradictio ab his qui faciunt malum cito. ideo repletum est
cor filiorum hominis in ipsis ut faciant mala. Ergo manifes
tum est hinc unumquemque delinquere. quod ingruentibus cogi
tationibus prauis non confestim repulsam contradictionis obiciat. Nam
resistite inquit ei. et fugiet a uobis. Germanus. Quod istud
queso est. animę cum istis spiritibus neque tam indiscretam permixtum
consortium. quod sic eidem non dicam iungi sed uniri possint. et ali
quam insensibiliter et inseri atque inspirare illi quęcumque uoluerint
et ad ea quę placuerit eam ualeant instigare. eius que cogitationes
ac motus uideant atque perlustrent. tanta que inter ipsos ac mentem
unitas fiat. ut sine dei gratia quid ex illorum incitamento, quid ex eius
uoluntate procedat discerni pene non possit. Serenus.
Non mirum est posse spiritum spiritui insensibiliter coniugari. et occultam
suadendi uim ad ea quę libita fuerint exercere. Est enim
inter eos sicut inter homines quędam substantię similitudo atque
cognatio. Siquidem definitio quę de natura animę assu
mitur. etiam illorum substantię similiter coaptatur. Alterinsecus
uero eos sibi inseri uel uniri. ita ut capax alter alterius esse possit
Nª omni modo inpossibile est. Hoc namque soli uere deitati quę so
la incorporea simplexque natura est. rectissime tribuitur.
Germanus. Huic rationi satis arbitramur esse contra
rium illud quod uidemus in arrepticiis fieri. cum a(b)(is)tis
spiritibus inmundis locuntur et agunt ea quę nesciunt. Quomodo
ergo animas eorum spiritibus illis non credamus uniri, quarum illas uide
mus tamquam organum factas. et delicto naturali statu, ad illo
rum motus affectusque transire. ita ut iam non suas sed illorum

voces et gestus voluntatesque depromant. Serenus. Predicte defini-
tioni nostre non est contrarium id quod dicitis in energuminis fieri, cum a spiritibus
inmundis arrepti locuntur vel agunt que nolunt, vel quod ea que ignorant
proferre coguntur. Non enim uno modo illata eos infusione spirituum sustinere
certissimum est. Quidam enim sic afflantur, ut nequaquam ea que gerunt vel lo-
cuntur intelligant. quidam vero norint et postea recordantur. Quod fieri per infusio-
nem spiritus immundi non ita putandum est, ut anime ipsius penetrans sub-
stantiam et velut unitus ei et quodammodo indutus eam, sermones ac verba per
os patientis emittat. Nullo namque modo istud ab eis fieri posse cre-
dendum est. Nec enim per aliquam anime diminutionem, sed per corporis debi-
litatem hec evenire manifesta ratione deprehenditur. cum scilicet in
illis membris in quibus vigor anime continetur, immundus spiritus insidens, eisque
importabile atque immensum pondus imponens, obscuritate tetrima in-
tellectuales eius obruit et intercipit sensus. Quod nonnumquam etiam vini febrisque
vitio seu nimii frigoris aliisque valitudinibus extrinsecus supveni-
entibus videmus accidere. Quod ne beato Iob diabolus qui carnis eius acceperat
potestatem moliretur inferre, precepto domini prohibetur dicentis. Ecce trado
eum in manus tuas, tantum animam eius custodi. id est tantummodo amentem eum ne fa-
cias debilitato anime domicilio, et obruas intellectum ac sapientiam
resistentis, principali scilicet cordis eius tuo pondere prefocato. Nec
enim si crasse huic solideque materie id est carni spiritus admiscetur,
quod fieri facillime potest, idcirco et anime que itidem spiritus est,
ita uniri posse creditur, ut eam quoque similiter sue nature reddat
capacem. Quod soli est possibile trinitati, que sic universe intel-
lectualis nature efficitur penetratrix, ut non solum circumplecti eam
atque ambire, sed etiam illabi ei et velut incorporea corpori possit in- No
fundi. Licet enim pronuntiemus non nullas esse spiritales naturas, ut sunt an-
geli, archangeli ceteraeque virtutes, ipsa quoque anima nostra vel certe
aer iste subtilis, tamen incorporee nullatenus estimande sunt. Habent
enim secundum se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius quam nostra sunt corpora, secundum
apostoli sententiam ita dicentis. Et corpora celestia, et corpora terrestria.
Et iterum. Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Quibus ma-
nifeste colligitur, nihil esse incorporeum nisi deum solum. Et idcirco ipsi No

tantummodo posse penetrabiles omnes spiritales atque intellectuales esse
substantias. eo quod solus et totus et ubique et in omnibus est. ita ut co-
gitationes hominum et internos motus atque abdita mentis universa in-
spiciat atque perlustret. De ipso siquidem solo pronuntiavit beatus apostolus dicens.
Vivus est enim sermo dei et efficax et acutior super omnem gladium
ancipitem. et pertingens usque ad divisiones animae ac spiritus. compagum
quoque ac medullarum. et discretor cogitationum et intentionum
cordis. et non est creatura ulla invisibilis in conspectu eius. omnia autem
nuda et aperta sunt oculis eius. Et beatus David. Qui fingit singillatim corda
eorum. et iterum. Ipse enim novit occulta cordis. Iob quoque. Qui solus nosti cor-
da hominum. Germanus. Hac ratione qua dicis. nec cogitatio-
nes quidem nostras intueri illi spiritus possunt. Quod existimari valde absur-
dum putamus. dicente scriptura. Si spiritus potestatem habentis ascen-
derit super te. et iterum. Cum diabolus misisset in cor Simonis Scariothis
ut traderet dominum. Quomodo ergo credi potest non patere eis cogitationes nostras.
quarum seminarium pro parte maxima ipsis inmittentibus atque instigan-
tibus sentimus oboriri. Serenus. Nulli dubium est quod possint spiritus in-
mundi cogitationum nostrarum attingere qualitates. sed indiciis eas sen-
sibilibus forinsecus colligentes. id est aut ex nostris dispositionibus aut ex
verbis et studiis. in quae propensius nos perspexerint inclinari. Ceterum
illas quae necdum de interioribus animae processerunt. adire omnino non possunt.
Ipsas quoque cogitationes quas ingerunt utrum susceptae vel quemadmodum sus-
ceptae sint. non per ipsius animae naturam. id est per illum interiorem motum in me-
dullis ut ita dixerim ipsius latitantem. sed ex motibus atque indiciis exteri-
oris hominis deprehendunt. Verbi gratia cum suggesserint gastrimargi-
am si viderint monachum oculos ad fenestram aut ad solem curiosius
erexisse. vel de hora sollicitius inquisisse. cognoscunt desiderium gulae fuis-
se susceptum. Si fornicationem ingerentes senserint eum patien-
ter telum libidinis suscepisse. seu viderint carnem commotam. aut cer-
te non ut oportuit adversum suggestionis inmundae suspirasse lasci-
viam. intellegunt in penetralibus animae libidinis iaculum fuisse
defixum. Si incitamenta tristitiae. si irae. si furoris admonuerint.
utrumnam cordi insiderint. gestu corporis et sensibili commotione

dinoscunt. cum scilicet eum uel infremuisse tacitum. uel cum quadam indigna-
tione suspirasse. seu uultum considerauerint quodam pallore aut
rubore mutasse. et ita subtiliter quibus unusquisque sit deditus uitio
deprehendunt. Illo namque unumquemque nostrum delectari cer-
ta ratione cognoscunt. ad cuius instigationem motu quodam
nutu uel motu corporis consensum conuenientiamque ab eo pres-
titam fuisse peruiderint. Que ab illis aeriis uirtutibus ita de-
prehendi non mirum est cum hoc a prudentibus quoque uiris sepissime
fieri uideamus. ut scilicet interioris hominis statum de figu-
ra et uultu seu qualitate exterioris agnoscant. Quanto ergo cer-
tius hec ab ipsis poterunt deprehendi. qui utique ut spiritalis nature
multo subtiliores ac sagaciores hominibus non dubium est?
Quemadmodum enim nonnulli latronum in his domibus quas furari
adgredi cupiunt. occultas hominum solent explorare
substantias. qui per tetras noctis tenebras cauta spargentes
manu minutias arenarum reconditas opes quas uisu peruidere
non possunt. tinnitu quodam ad earum lapsum respondente deprehen-
dunt. et sic ad certissimam rei uel metalli cuiusque noticiam quadam
elicite uocis proditione perueniunt. ita hi quoque ut thesaurum
nostri cordis explorent. uelut arenas quasdam suggestiones no-
xias inspargentes. cum secundum illarum qualitatem affectum corporum
indicium emersisse. uelut quodam de intimis claustris perueniente
tinnitu quid sit reconditum in abditis interioris hominis recognoscent.

Hoc tamen nosse debemus. non omnes demones uniuersas hominibus
inserere passiones. sed unicuique uitio certos spiritus incubare. et alios
quidem immunditiis ac libidinum sordibus oblectari. alios blasphemi-
is. alios ire furorique peculiarius imminere. alios pasci tristicia.
alios cenodoxia superbiaque mulceri. et unumquemque illud uitium huma-
nis cordibus quo ipse gaudet inserere. Sed nec cunctos pariter suas
ingerere prauitates. sed uicissim prout temporis uel loci uel suscipientis
opportunitas prouocauerit.

Germanus. Ergo credendum est
inter eos ordinatam et ut ita dixerim disciplinatam esse nequitiam. ut
quedam uicissitudinis ab eis ordo seruetur. ac rationabiliter geratur

impugnationis incursio. cum constet nec modum nec rationem inter bo-
nos atque honestos posse subsistere. secundum illam scripturae sententiam
quaere sapientiam apud malos et non invenies. et inimici nostri insensati. Illud
etiam. Non est sapientia. non est fortitudo. non est consilium apud impios (inferos). Sed
non esse inter malos perpetuam in omnibus contensionem. nec posse perfectam stare
concordiam. etiam in illis vitiis quibus communiter oblectantur. certa defini-
tio est. Numquam enim poterit quemadmodum diximus in rebus indisciplina-
tis disciplina modusque servari. In nonnullis tamen ubi scilicet vel occupa-
tionis communio vel necessitas exigit. seu cuiusdam lucri invitat consor-
tium necesse est eos temporalem commodare consensum. Quod esse in hac militia nequitiarum
spiritalium manifestissime pervidemus. ut non solum tempora inter se vicissitudi-
nesque custodiant. sed etiam locis quibusdam specialiter inherere eaque iugiter
obsidere noscantur. Nam quia necesse sit eos immutatis temptationibus cer-
tisque vitiis atque temporibus exercere impugnationes suas. hinc liquido
comprobamus. quod nullus potest simul cenodoxię vanitate deludi et
concupiscentia fornicationis exuri. Nec potest tumida inflatione
superbię spiritalis et carnalis gastrimargię parte humilitate sub-
mitti. Nec potest quis chacinnis fatuus risuque dissolui. et iracun-
dię sub eodem tempore stimulis incitari. seu certe edacis tristitię
merore suppleri. sed necesse est unumquemque spirituum ita singillatim im-
pugnationem mentis arripere. ut eum aut victus abscesserit. Alii etiam
spiritui cedat acrius impugnandam. aut certe si victor extiterit. alii
nichilominus tradat similiter illudendam. Illud etiam nequaquam
ignorare debemus. non esse omnes eiusdem ferocitatis ac desiderii. sed ne
unius quidem fortitudinis atque nequitię. et incipientibus quidem atque in-
firmis non nisi infirmiores spiritus in certamine comparari. et his nequitiis spiri-
talibus superatis. gradatim semper adversum athletam Christi robustior
pugna succedit. Pro comparatione siquidem virium ac provectu hominum
etiam difficultas eluctationis augetur. Nullo etenim modo quisquam
sanctorum sufficeret talium tantorumque hostium sufferre nequitiam vel
insidiis eorum posset occurrere. sed ne crudelitatem quidem ac saevi-
tiam sustinere. si non certamini nostro clementissimus arbiter atque a-
gonotheta presidens Christus. et exequaret eluctantium vires. et immode-

tores eorum repelleret ac refrenaret incursus. faceretque cum temp-
tatione et exitum ut sustinere possemus. Hanc autem illos col- 13
luctationem non sine suo credimus labore conficere. habent
namque etiam ipsi in suo conflictu quandam anxietatem atque tristiciam. et ma-
xime cum fuerint validioribus emulis id est virtutis sanctis perfectisque congressi.
alioquin iam non conflictum nec eluctatio sed simplex tantum et ut ita dixe-
rim secura illis esset hominibus adtributa deceptio. et quomodo staret
illud apostoli quod dicit non est nobis eluctatio adversus carnem et sanguinem.
sed adversus principatus. adversus potestates. adversus mundi rectores tene-
brarum harum. contra spiritualia nequitie in celestibus. Illud quoque sic pugno
non quasi aerem verberans. et iterum. Bonum agonem certavi. Ubi enim agon dicitur
et certamen et pugna. necesse est ut utrique sudor et labor ac sol-
licitudo subeat. et equaliter illos vel super deiectione maneat dolor atque
confusio. vel de victoria gaudium consequatur. Ubi vero alio cum sudore luc-
tante. alius cum otio ac securitate confligit. et ad deiciendum emulum
sola propria utitur voluntate. non pugna dicenda est nec eluctatio
neque certamen. sed iniqua quedam et irrationabilis obpugnationis im-
pressio. Sed plane laborant et ipsi non minus inpugnantes humanum
genus et desudant ut prevaleant de uno quoque. illam quam cupiunt ob-
tinere victoriam. et retorquetur in eos illa confusio que nobis mane-
bat. si ab ipsis fuissemus elusi. secundum illud. Caput circuitus eorum labor
labiorum operiet eos. et convertetur dolor eius in caput eius. et iterum. Veniat
illi laqueum quem ignorat. et captio quam abscondit adprehendat
eum. et in laqueum cadat in ipsum. scilicet quem super hominum molitur
deceptionem. Dolent ergo etiam ipsi non minus. et quemadmodum nos eluctantur.
ipsi quoque similiter eliduntur. nec victi sine confusione discedunt. Quorum
ruinas atque conflictus ille qui sanos interioris hominis oculos possidebat
cotidie cernens vidensque eos super gaudere ruinis et casibus singulorum
actionis ne de se quoque eveniret eis ista leticia. deprecatur dicens. Inlumi-
na oculos meos ne umquam obdormiam in mortem. ne quando dicat
inimicus meus prevalui adversus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus
fuero. et rursus. ne super gaudeant mihi. ne dicant in cordibus suis
euge euge anime nostre. neque dicant devoravimus eum. et frenduerunt

sup me c̄cientib; suis. dn̄e q̄ndo respicies. Insidiat̄ eni ī occulto sic
leo ī cubili suo. Insidiat̄ ut rapiat paupem. & querit a dō escā sibi.
Q̄ rursū cunctis conatib; expensis. cū deceptione n̄ram n̄ potuerint
optinere. sup cassato labore suo necesse ē. ut c̄fundant̄ & erube
scant q̄ quer̄ animas n̄ras ut auferant eas. Induant̄ pudore & c̄fu
sione. q̄ cogitant nob̄ mala. Hieremias q̄q; Confundant̄ inq̄t illi
& n̄ c̄fundar ego. Paueant illi. & n̄ pauea ego. Indue sup eos diē
furoris tui. & duplici c̄tritione c̄tere eos. Nulli eni dubiū ē. cū
nob̄ fuerint supati c̄tritione eos duplici c̄terendos. P̄mū q̄d hom
nib; expetentib; sc̄itatē illi eā possidentes amiserint. causa q; ex
terint p̄ditionis humanę. Deinde. q̄d sp̄ales substantię fuerint a
carnalib; t̄renisq; deuictę. has ḡ ruinas hostiū suasq; uictorias in
tuens unq̄sq; sc̄orū. cū exultatione p̄clamat. P̄seq̄r inimicos meos
& c̄p̄hendā illos. & n̄ c̄uertar donec deficiant. Conterā illos nec
poter̄ stare. cadent subt̄ pedes meos. Contra q̄s etiā orans idem
p̄ph̄a. Iudica inq̄t d̄ne nocentes me. expugna ip̄ugnantes me. ap
p̄hende arma & scutū. & exurge ī adiutoriū m̄. Effunde fra
meā & c̄clude adu̇s eos q̄ p̄sequunt̄ me. dic animę meę salu
tua ego sū. Q̄s cū subactis & extinctis uniu̇sis passionib; uin
cerim̄. merebim̄ illā benedictionis uocē c̄seq̄nt̄ audire. Exal
tet̄ man̄ tua sup hostes tuos. & om̄s inimici tui interibunt.
Hec ḡ omnia & his similia sacris īserta uoluminib; legentes
siue cantantes. n̄ c̄tra istas neq̄tias sp̄ales quę nob̄ insidiant̄
t̄ dieb; ac noctib; accepim̄ fuisse c̄scripta. n̄ m̄ ex eis edifi
catione nullā lenitatis ac patientię c̄seq̄m̄. s; etiā diru quo
dā atq; c̄trariū euglicę p̄fectioni c̄cipiem̄ affectū. Non
solū eni docebim̄ n̄ orare p̄ inimicis n̄ris nec diligere il
los. s; etiā detestari eos ip̄lacabili odio p̄uocabim̄. & male
dicere eis atq; oratione adu̇s eos indesinent̄ effundere.
Q̄ uę tali sp̄u p̄locutos uiros sc̄os & amicos dī ītelligere.
p̄quā scelestū ac p̄phanū. q̄b; ante aduentū xp̄i ideirco lex
n̄ est posita. eo q̄d t̄ranscendentes mandata ei euglicis pare
re p̄ceptis. & aplicę p̄fectioni studē p̄uenientes dispensatione

tempus maluerit. Non habere autem eos potestatem quemquam hominum
ledendi. exemplum beati iob manifeste demonstrat. ubi non amplius
eum temptare audet inimicus quam divina ei dispensatione concedit. &
confessio eorundem spirituum. euangelicis monimentis inserta testatur dicen-
tium. Si eicis nos. mitte nos in gregem porcorum. Et multo magis
credendum est nullum hominum qui ad imaginem dei creati sunt intro-
ire pro arbitrio suo posse. cum in animalia inmunda ac muta in-
grediendi absque dei permissu non habuerint potestatem. Ceterum nemo
posset non dicam iuvenum quos videmus in hac heremo constantissime
commorari. sed ne perfectorum quidem tantis talium quoque hostium agmi-
nibus circumseptus in heremo singulares habitare. si ipsis esset
pro voluntate sua nocendi vel temptandi facultas atque liber-
tas. Quod evidentius etiam domini ac salvatoris nostri confirmat senten-
tia. quam pro humilitate hominis assumpti protulit ad pilatum ita
dicens. non habes in me ullam potestatem. nisi datum tibi fuisset de sursum.

Satis tamen nobis & experientia nostra & seniorum relatione compertum
est non eandem vim habere nunc demones. quam antiori tempore inter
anachoritarum principia. in quibus adhuc raritas monachorum in
heremo commanebat. Tanta namque eorum erat feritas. ut vix
pauci & admodum stabiles. atque etate provecti tolerare habita-
tionem solitudinis possent. Siquidem in ipsis cenobiis in quibus commo-
rabantur octo vel decem. ita eorum atrocitas grassabatur. & frequen-
tes ac visibiles sentiebantur adgressus. ut non auderent omnes
pariter noctibus obdormire. sed invicem aliis degustantibus
somnum. alii vigilias celebrantes psalmis & orationibus seu
lectionibus inherebant. Cumque illos ad soporem nature neces-
sitas invitasset. expergefactis aliis ad eorum qui dormituri
erant custodiam. simuliter excubie tradebantur. Unde du-
bitari non potest unum e duobus. hanc nunc securitatem vel confiden-
tiam non solum nobis quos videmus per experientiam senectutis aliquatenus
roboratis. sed etiam iunioribus etate conferre. Aut enim virtute
crucis etiam deserta penetrante & ubique eius gratia coruscante
retrusa est nequitia demonum. aut neglegentia nostra illos ab

ipugnatione priſtina reddit lentiores. dū dedignant̄ aduͤ
ſū nos illa intentione ēfligere. q̃te ẽtra illos pbatiſſimos xpi
milites ſeuiebant. hac ſcilicet nos fraudulenta inuiſibiliū teptatio
nū ceſſatione dirius eludentes. Intantū eni uideri tepore corru
iſſe nnullos. ut neceſſe ſit eos etiā remiſſiorib; monitis ad palpari mō
ne deſertis cellul' ſitis ad pniciores inquietudines reuoluant̄. &
circūeuntes ac uagi craſſiorib; ut ita dixeri uitiis iplicent. O q̄ ag
n q; fruct' ab eis obtineri credat̄. ſi ſolū in ſe etiā cū q̄ libet igna
uia ualeant i ſolitudine ↄtinere. ac pingenti remedio ſoleat
eis a ſeniorib; dici. Sedete i cellul' uris. & quantū libitū fuerit
manducate & bibite ac dormite. dū tantū in i eis iugit' pduretis.

Conſtat ergo imundos ſpſ n aliť poſſe i illos q̃rū obtenturi ſt
corpa penetrare. n pri' eorū intes cogitationes q; poſſederint.
quas cū timore ac memoria dī l ſpali meditatione nudauerint; l
ut exarmatos omi pſidio ac munitione diuina. facile uincendos
audent̄ inuadere. i eis domiciliū deinceps uelut i poſſeſſione ſibi tra
dita pſumentes. Licet multo grauiū eſſet uehementiuſq; uexari
hos. q eū corpalit ab ipſis ſuppleri minime uideant. animo tam p
niciosiu' poſſident̄. eorū ſcilicet uitiis ac uoluptatib; inuoluti.
Secdm apli naq; ſententiā; a quo q̄s ſupat̄. ei & ſeruuſ ē. N eqidē
iſti deſpatiu' egrotant. q cū ſint eorū mancipia. nec ipugnari
ſe ab ill' nec dnatū eorū ferre cognoſcet. Cetm corpalit' tradi
tos ſatane l' ifirmitatib; magnus etiā uiros ſcos nouim' leuiſ
ſimus q̃bq; delictis. cū ill' ne tenuiſſimū qdē neuū. aut maculā
i illo iudicii die patiť iueniri diuina clementia. omnem ſordē eorū
ſcoriā ſecdm pphe immo dī ſententiā excoquens i pſenti. ut eos
tanq̄ aurum l argentū ignitū ad illā ppetuitatē nulla indigen
tes penali purgatione tranſmittat. & excoquā inqt ad purū ſcori
tuā & auferam omē ſtagnū tuū. Poſt hec uocaberis ciuitas iuſti
urbs fidel'. & ıt'. Aurū & argentū i camino. ita electa corda a dnō. &
ıt'. Auri & argentū pbat ignis. uir aut̄ pbat i fornace humi
liationis. Illud quoq; Quē eni diligit dns corripit. Flagellat
aut̄ omnē filiū quē recipit. Et i illo ppha atq; homine dī in

Sic pbat̄

tertio regnorum libro manifeste uidemus impletum · quod pro culpa unius inobedien
tię quam tamen non de industria nec uitio proprię uoluntatis sed alterius circumuen
tione contraxit · confestim a leone extinctus est · ita de eo scriptura narrante · Vir dei
est · qui inobediens fuit ori domini · et tradidit eum dominus leoni · et confregit eum
iuxta uerbum domini quod locutus est · In quo facto et solutione delicti presentis atque
erroris inlati · et iustitię merita · pro quibus prophetam suum temporaliter dominus tra
didit uastatori · pariter sanctitas ipsa et clementia peccatoris ostenditur · quod ni
chil penitus audet uoracissima bestia de tradito sibi cadauere
degustare · Cuius rei nostris quoque temporibus satis euidens contigit ·
et aperta probatio in abbate paulo uel mose · qui habitauit locum huius so
litudinis quę calamus nuncupatur · Nam prior commoratus est in heremo quę
adiacet panefisi ciuitati · quam solitudinem nos olim factam aquę salsis
simę inundatione cognouimus · Quę quotiens flauerit spiritus aqui
lonis · de stagnis inpulsa · ac superfusa adiacentibus terris · ita om
nem illius superficiem contegit regionis · ut antiquos ibidem uicos qui oli
hac ipsa de causa omni sunt habitatore deserti · faciat uelut in
sulas apparere · Hic ergo abbas paulus in tantam cordis puritatem quie
te solitudinis silentio quoque profecerat · ut non dicam uultum femineum ·
sed ne uestimenta quidem eiusdem sexus illius conspectui suo pateretur offerri ·
Nam cum eidem pergenti ad cuiusdam senioris cellam una cum abbate acer
bio eiusdem solitudinis accola · casu mulier obuiasset · offensus
occursu eius tanta fuga ad suum rursus monasterium pretermisso quod ar
ripuit pię uisitationis officio recurrit · quanta nullus a facie leo
nis uel inmanissimi draconis aufugeret · ita ut ne memorati
quidem abbatis acerbii reuocantis eum clamore ac precibus flecteretur ·
ut adquirendum senem quemadmodum proposuerant cepto itinere per
tenderent · Quod licet zelo castitatis et puritatis ardore sit factum ·
tamen quia non secundum scientiam presumptum est · sed obseruantia disciplinę · iustęque
districtionis excessus est modum · non enim solam familiaritatem quę uere
est noxia feminarum · sed ipsam quoque figuram sexus illius credidit exe
crandam · tali confestim correptione percussus est · ut ei uniuersum corpus
paraliseos ualitudine solueretur · nullumque in eo membrum penitus ex
plere suum ualeret officium · Siquidem non solum pedes ac manus · sed etiam

linguae motus quo locutio vocis exprimitur. ipse quoque aures quibus auditur perdidit sensum. ut in eo nichil amplius ex homine quam immobilis tantum atque insensibilis figura remaneret. Eo autem redactus est. ut infirmitati eius nullo modo uirorum diligentia deseruire sufficeret. nisi sola ei muliebris sedulitas ministrasset. Nam delato ad cenobium sacrarum uirginum. cibus ac potus quem ne nutu quidem poterat femineo ingerebatur obsequio. explendisque omnibus naturae necessitatibus eadem illi diligentia per annos ferme quattuor id est usque ad uitae suae terminum seruiebat. Qui cum tanta esset omnium membrorum debilitate constrictus ut nulli in eo artus uiuacem motum ac sensibilem retentarent. nichilominus tanta ex eo uirtutum gratia procedebat. ut cum de oleo quod cadauere suo potius quam corpore contigisset ungerentur infirmi. confestim cunctis ualitudinibus curarentur. ita ut super hac eius ualitudine etiam ipsis infidelibus euidenter appareret clarescere. et debilitatem membrorum omnium dispensatione atque amore domini contributam. et sanitatum gratiam pro testimonio puritatis ac manifestatione meritorum et spiritus sancti uirtute praestari. Secundus uero quem diximus in hac heremo commoratum. cum ipse quoque singularis et incomparabilis uir esset. ob reprehensionem unius sermonis quem etiam abbatem Macharium deputans paulo durius protulit. quadam scilicet opinione puerilitatis diro confestim est traditus demoni. ut humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia sibi dominus intulisse. ne scilicet in eo uel momentanei delicti macula resideret. uelocitate curationis eius atque auctore remedii demonstrauit. Nam continuo abbate Machario in oratione submisso. dicto citius nequam spiritus ab eo fugatus abscessit. Ex quo manifeste perpenditur. non debere eos abhominari uel despici. quos uidemus diuersis temptationibus siue istis nequitiae spiritibus tradi. quia duo haec credere immobiliter nos oportet. primo quod sine dei permissu nullus ab eis omnino temptetur. Secundo quod omnia quae a domino nobis inferuntur. siue tristia ad praesens uel laeta uideantur. uelut a piissimo patre clementissimoque medico pro nostris utilitatibus irrogentur. Et idcirco eos

uelut pedagogis traditos humiliari. ut discedentes ex hoc mun-
do. ł purgatiores ad uitā aliā transferant. ł pena leuiori plec
tant. q̄ secđm aplm traditi st̄ ī p̄senti satanę ī interitū carnis.
ut sp̄s saluus fiat in die dn̄i nr̄i ihu xp̄i. Germanus. &
q̄mo eos n̄ solū despici ab homib; ł horreri. s; & a cōmunione
dn̄ica ī nr̄is p̄uinciis p̄petuo uidem̄ abstineri. secđm illā euglii
sententiā nolite dare scm̄ canib; neq; mittatis margaritas
urās ante porcos. cū de illl queadmodū dicis ita credendū sit.
q̄d eis purgationis ł utilitatis obtentu hui̇ teptationis humili
atio tribuat. Seren̄. Si habuerim̄ hanc scientiā imo fidē
q̄. sup̄ius cōp̄hendi. ut om̄ia p̄ dn̄m fieri. & p̄ utilitate anima
rū dispensari uniu̇sa credam̄. n̄ solū n̄ eq̄q̄ despiciem̄ eos.
s; etiā p̄ ipsis tāq̄ p̄ mbris nr̄is incessant̄ orabim̄. eisq; totis
uiscerib; ac pleno cōpatiem̄ affectu. Cū eni patit̄ unū m
bru. cōpatiunt̄ om̄ia m̄bra. Scientes nos absq; illl ut pote
m̄bris nr̄is om̄imod cōsumari n̄ posse. queadmodū legi
m̄ ne antiores q̄de nr̄os sine nobis rep̄missionis sumam
cōseq potuisse. ita de illl ap̄lo p̄nunciante. & hii om̄s testimo
nio fidei cp̄bati n̄ accep̄er rep̄missiones. dō p̄ nob̄ melius aliq̄d
p̄uidente. ne sine nob̄ cōsumarent̄. Comunione u̇ eis sacro
scam a seniorib; nr̄is n̄ meminim̄ itdictā. q̄nimo si possibi
le esset. etiā cotidie eis ip̄tiri eā debe censebant. Nec enim
secđm sententiā euglii quā icongrue huic sensui coaptasti.
nolite dare scm̄ canib; ad demonis escā sacro scā cōmunio. & n̄
potiu̇ ad purgatione ac tutelā corp̄is animę q; p̄uenire
credenda ē. que ab homine p̄cepta. eū q̄ m̄bris ei̇ īsidet sp̄m
seu ī ipsis latitare conat̄. uelut q̄dā exurens fugat īcendio.
hoc nāq; in euratiū & abbate andronicū nup̄ aspeximus.
aliosq; cōplures. Magis eni ac magis inimic̄ īsultabit ob
sesso. cū eū a celesti medicina uiderit segregatū. Tanto q;
dirui̇ ac frequentius adteptabit. q̄nto eū ab sp̄ali reme
dio longius senserit abdicatū. Cetim illi sunt uere
miseri ac miserabiles iudicandi. q̄ cū se uniu̇sis criminib;

flagitiisq; extaminent· n̄ solū nullū uisibilit̄ i eis signū diabolicę sup-
pletionis ostendit̄· s; ne aliq̄ q̄de opib; eorū cdigna teptatio· nec
ullū flagellai correptionis infert̄· N̄ eni merent̄ celere tēpis illi
expeditam q; medicinā· q̄ rū duritia & i penitens cor penā uitę
p̄sentis excedens thesaurizat sibi ipsi irā & idignatione i diem
& reuelationis iusti iudicii dī· i q̄ uermis eorū n̄ morieť· & ignis
eorū n̄ extinguet̄· Contra q̄s pp̄ha uelut anxiꝰ p afflictione scō-
rū· uidens eos erūnis uariis actēptationib; subiacere· & e ctra pecca-
tores n̄ solū absq; ullo humiliationis flagello cursū mundi illi
pertransire· s; etiā affluentia diuitiarū ac sūma rerū omniū p̄speritate gaude-
itolerabili zelo ac sp̄s sui feruore succensus exclamat· Mei aūt pene
moti st̄ pedes· paulo minꝰ effusi st̄ gressꝰ mei· q̄a zelaui sup iniq̄s
pace peccatorū uidens· q̄a n̄ ē· respectꝰ i morte eorū· & firmamtū
i plaga eorū· In laborib; hominū n̄ st̄· & cū hominib; n̄ flagella-
bunť· Scilicet i futūo cū demonib; puniendi· q̄ i p̄senti n̄ me-
ruer̄ i sorte ac disciplina filiorū cū hoīb; flagellari· hieremi-
as q̄q; cū dn̄o sup hac impiorū p̄speritate disceptans· licet neq̄q̄
dubitare se de iusticia dn̄i p̄fiteat̄ dic̄· iustꝰ q̄de tu es dn̄e si
disputē tecū· causas tam huiꝰ tantę iniq̄tatis iq̄rens· subiungit
& dicit· Uerūtamē iusta loq̄r ad te· Quare uia ipiorū p̄sp̄at̄· bene
ē· omib; q̄ puaricant̄ & iniq; agunt· plantasti eos· & miser radi-
ce· p̄ficiunt· & faciunt fructū· pp̄e es tu ori eorū· & longe a re-
nib; eorū· Quorū ruinā deflente dn̄o p pp̄ham & ad eorū cu-
ratione medicos atq; doctores sollicite dirigente· & q̄dā ī eos
ad planctū simile puocante ac dicente· Subito cecidit babilon
ctrita ē· ululate sup eā tollite resinā ad dolorē eī si forte sanet̄·
respondent desperantes angli· q̄b; salutis humanę cura cmissa
ē· Certe pp̄ha ex p̄sona ap̄lorū seu sp̄aliū uirorū atq; doctorū
uidentiū duritiā mētis eorū· & impenitens cor· Curauim̄ babilonē
& n̄ ē sanata· Relinq̄m̄ eā & eam̄ unusq̄sq; i t̄rā suā· q̄m peruenit
usq; ad cęlos iudiciū eī· & eleuatū ē· usq; ad nubes· De istorū desp-
pato languore· ex p̄sona dī loq̄t̄ ysaias ad irl̄m· A planta pedꝰ usq;
ad uerticē n̄ ē· i eo sanitas· uulnꝰ & liuor & plaga tumēs n̄ ē· circūli-

gata nec curata medicaminibus nec fota oleo. Tot autem esse in inmundos
spiritus quot in hominibus studia non dubie comprobatur. Nam nonnullos eorum quos etiam fau-
nos vulgus appellat ita seductores et ioculatores esse manifestum est ut cer-
te quaeque loca seu vias iugiter obsidentes nequaquam tormentis eorum quos pre-
tereuntes potuerint decipere delectentur sed de risu tantum et illusione
contenti fatigare eos potius studeant quam nocere. Quosdam solummodo innocuis
incubationibus hominum pernoctare. Alios ita esse furori ac truculentiae
deditos ut non sint contenti illorum tantum corpora quos suppleverint atroci
dilaceratione vexare sed etiam irruere super eminus transeuntes atque
afficere illos saevissima caede festinent. Quales illi in evangelio descri-
buntur. ob quorum metum per illam viam transire iam nullus audebat. Quos eorumque
consimiles bellis quoque et sanguinis effusione pro insanabili feritate
gaudere non dubium est. Alios ita eorum corda quos ceperint inani quadam tumo-
re videmus infecisse. quos etiam baccuc eos vulgus appellat. ut semet
ipsos ultra proceritatem sui corporis erigentes nunc quidem se in quodam
fastu gestu quoque subextollerent. nunc vero acclines ad quandam se tran-
quillitatis et affabilitatis statum communes blandosque submit-
terent. sese quoque velut illustres et circumspectabiles omnibus es-
timantes. nunc quidem adorare se potestates sublimiores corporis
inflexione monstrarent. nunc vero ab aliis se credentes adorari. et
omnes motus quibus vera officia aut superbe aut humiliter peraguntur
explerent. Alios repperimus non solum studere mendaciis sed etiam
blasphemias hominibus inspirare. Cuius rei etiam nos testes sumus
qui audivimus apertissime demonem confitentem per Arrium et Euno-
mium se impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. Quod etiam
in quarto regnorum libro unum ex hisdem ipsis manifeste legi-
mus praedicantem. Egrediar inquit et ero spiritus mendax in ore omnium propheta-
rum eius. De quibus apostolus arguens illos qui ab ipsis decipiuntur ita infert.
Adtendentes spiritibus seductoribus et doctrinis demoniorum in
ypochrisi loquentium mendacium. Esse autem et alia demonum genera
inmutorum atque surdorum evangelia testantur. Incentores etiam
libidinis atque luxuriae quosdam spiritus esse propheta commemorat.
Spiritus inquiens fornicationis decepit eos et fornicati sunt a deo

suo. Nocturnos quoque siue diurnos ac meridianos demones si-
militer scripturarum auctoritas docet. De quorum diuersitate per longum
est. si uolumus omnia scripturarum uolumina perscrutantes singillatim per-
currere. quos per prophetam onocentauri quos pilosi. que sirene. que
lamie. que ulule. quos strutiones. quos hiricii designent. quis aspis
quis basiliscus in psalmo. quis leo. quis draco. que uel scorpius in euangelio nun-
cupetur. quos principes huius mundi. quos rectores harum tenebrarum
que uel spiritalia nequitie ab apostolo nominentur. Que uocabula non
casu. nec fortuitu indita illis debemus accipere. sed significatione
istarum ferarum que apud nos uel minus noxie uel magis periculose
sunt. illorum ferocitates rabiesque distingui. et ex similitudine
nequitie uirulentie. seu principatus que in istis inter ceteras feras. siue
serpentes quadam excellentia malitie sue confert illos quoque eorum
uocabulis nuncupari. Ut scilicet alios quidem ob uehementiam fu-
ris et rabiem ferocitatis sue leonis appellatione. alios basilisci
ob illud mortiferum uirus quo prius quam sentiatur interimit. alios uero
ob teporem malitie sue onocentauri. aut hiricii nomen struti-
onis uel sortitus sit. Germanus. Non quidem ambigimus illos quoque
ordines quos apostolus enumerat ad istos referri. quia non est nobis collucta-
tio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus principatus. aduersus potes-
tates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum. contra spiritua-
lia nequitie in celestibus. Volumus tamen nosse unde hec sit tanta
inter eos differentia. uel quemadmodum tanti nequitie extiterint
gradus. An ad hoc creati sunt ut hos ordines malitie sor-
tirentur. et quodammodo in hunc nequitie militarent. Serenus.
Quamquam propositionis uestre totum tempus noctis quietis ita uestris fu-
rentur obtutibus. ut adpropinquantis aurore nequaquam uiciniam sen-
tiamus. et usque ad ortum solis insatiabiliter elationis huius uerba
contexere prouocetis. tamen quia absolutio proposite questionis in-
cepit indicari. in quoddam amplissimum ac profundissimum nos elici-
et pelagus questionum. quod presentis hore breuitas non sinit
transmeari. commodius reor. ut eam future noctis indagini
reseruemus. quia et nunc sub huius questionis occasione de

uiro ppensiore colloquio leticia spal' ac fruct' uberior cferat. & ppositaru questionu sin pbente nob spu sco psposflat' liberiu penetrare possim'. Quã ob rẽ soporis modici degustantes. discutiam' ob repente oculis nris uicina iã luce torporẽ. ac deinceps partẽ ad ecclam pcedentes. qm hoc nos facere dnici diei sollepnitas cmonet. reusi post sinaxi ea que dns ad instructionẽ cmunẽ p desidio uro largit' fuerit. duplicato gaudio conferam'. Explicit conlatio abbis sereni .I. de anime mobilitate & spalib' neqciis. Incipit eidẽ Senis conlatio secunda de PRIN CI PA TU BUS.

Consumatis que diei sollepnitas exigebat. & eccle cgregatione dimissa. reusi ad cellã senis. refecti primu lautissime sum'. Nã p muria que supiecta olei gutta cotidiane refectioni solebat apponi, modicu liquaminis miscuit. & olei quãdã solito ppensiu supfudit. Nã illã olei guttã ob hoc unusqsq; cotidie refectur' instillat. n ut eius ex hoc gust' quandã pcipiat suauitatẽ. quippe cui tant' ẽ modus. ut uix ipsius gutturis ac faucium meat' n dicã lenire s; ptransire sufficiat. s; ut hoc usu iactantiã cord' que p abstinentia districtiore blande solet ac latent' irepe. & stimulos elationis obtundat. Qua quãto abstinentia ipsa occultius exercet' nulloq; hominu teste pficit'. tanto subtilius occultatore suu teptare n desinit. Deinde apposuit sal frictu. oliuas ternas. qb; post hec sup intulit canistru habens cicer frictu. qd illi trogalia uocant. Ex qb; quina tantu supsim grana. myxaria bina. caricas singlas. Hunc eni numeru i illa heremo quemq excessisse culpabile est. Qua refectione transacta. repmissã questionis absolutionẽ cu reposcere cepissemus. pferte inqt senex itrogationẽ uram. cui i hanc hora distuleram idagine. Tunc germanus. Unde qs tanta uarietas aduersariaru potestatu contra hominẽ ac diuersitas illa pcessit.

q̄ beat᷒ apl̄s ita dinumerat. n̄ ē. nob̄ cl̄ luctatio aduſ᷒ carnē & ſan-
guinē. ſ; adūſ ṗncipat᷒ & poteſtateſ. adūſ mundi rectoreſ tenebra-
rū harū. ɔtra ſpalia neq̄tię i cęleſtib;. & itē. Neq; angl̄i. neq; prin-
cipat᷒. neq; uirtuteſ. neq; creatā aliq̄ poterit nos ſeparare a cari-
tate dī. quę ē. i xp̄o ihū dn̄o nr̄o. Vnde ḡ tantę malitię emu-
la nob̄ emerſit aduſitas. an ad hoc poteſtateſ iſtaſ a dn̄o cōdi-
taſ eſſe credendū ē. ut hiſ ɔtra hominē gradib; atq; ordinib;
militarent. Seren᷒. Diuinarū ſcripturarū auctoritas de hiſ
qb; nos uoluit erudire. quędā & iā hiſ q̄ acumine ingenii ca-
rent. tā lucide & euident̄ effata ē. ut n̄ ſolū nulla occulti-
oris ſenſ᷒ obſcuritate uelent̄, ſ; ne illo q̄dē patrocinio inṫp-
tationiſ idigeant. & i ſupficie uocis ac littę ſuos itellect᷒
ac ſententias pferunt. Quędā ū ita ɔtecta & q̄bdā ſt̄ obſcura-
ta miſteriiſ. ut i eorū diſcuſſione & itellectu imenſū nob̄ ex-
ercitii campū ac ſollicitudiniſ reſeruarent. Quā rē multas ob cau-
ſas dm̄ diſpenſaſſe manifeſtū ē. P̄mū. ne ſacratiſſima diuina nulliᷓ ha-
bentia ſpal̄ itellect᷒ uelamē obducta cunctiſ hominib; id ē tā fidelib;
q̄ pphaniſ eq̄li ſcientia & noticia panderent, & p hoc int̄ ignauos ac
ſtudioſos nulla eſſet uirtutiſ prudentię q; diſtantia. Tū ut etiā int̄
ipſos domeſticos fidei dū itellectui ſpatia corā eiſ imm...
eſſet i qb; & deſidioſorū argueret ignauiā, & ſtudioſorū alacritatē
atq; induſtriā pbaret. Ideo q; ſatis ppe diuina ſcriptura agro opi-
mo ac fertili ɔpat. q̄ cū multa gignat ac pferat. quę ad hominū
uictū ſine aliq̄ ignis coctione pficiant. quędā n̄ niſi p flāmę calore
mitigata atq; mollita. omnē aſpitatē ſuę depoſuerint cruditatiſ
ł icongrua uſib᷒ humaniſ. ł noxia ſentientes. Non nulla ū ita utriq;
uſui apta naſcunt̄, ut nec icocta ſua cruditate diſpliceant ł offen-
dant. & tamē ignis calore decocta ſalubriora reddant̄. Plura q̄q;
ad eſcā tantū irrationabiliū iumentorū & animaliū ł ferarū ac
uolucrū pferunt̄, cib᷒ hominū minime pfutura. Quę etiā i ſua aſpe-
ritate manentia. abſq; ulla ignis ɔfectione uitalē iumentiſ eff... ſa-
turitatē. Quā rationē ſatiſ euident̄ aſpicim᷒ i hoc uberrimo ſpi-
taliū ſcripturarū paradiſo ɔtineri, i q̄ ita quędā ſignificatione litt̄ę

plana ac luculenta resplendent. ut cum sublimiore interpretatione non
egeant. simplici tantum (l' dum) litterae sono habunde pascant ac nu-
triant audientes. ut est illud; audi israhel. dominus deus tuus deus unus est.
& diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima
tua & ex tota uirtute tua. Quaedam autem si allegorica explana-
tione extenuata non fuerint. & spiritalis ignis examinatione mollita.
nullo modo ad salutare interioris hominis cibum sine corruptionis
labe peruenient. (l') magisque ex eorum perceptione lesio. quam utilitas
aliqua subsequetur. ut est illud. Sint lumbi uestri precincti. & lucernae
ardentes. & qui non habet gladium. uendat tunicam suam & emat
gladium; & qui non accipit crucem suam & sequitur me. non est me dignus.
Quod quidam districtissimi monachorum habentes quidem zelum dei;
non secundum scientiam simpliciter intelligentes. fecerunt sibi cruces ligneas
easque iugiter humeris circumferentes. non edificationem sed risum
cunctis uidentibus intulerunt. Nonnulla uero ad utramque perceptionem id est
tam historicam quam allegoricam ita commode ac necessarie capiuntur.
ut utraque explanatio uitales sucos animae subministret.
ut est illud. Si quis te percusserit in dextera maxilla tua. prebe illi &
alteram. & cum persequuntur uos in ciuitate una. fugite in aliam.
& si uis perfectus esse. uade & uende omnia quae habes & da pau-
peribus; & habebis thesaurum in caelo. & ueni sequere me. Producit
sane. & foenum iumentis. Quibus pabulis omnis scripturarum repleti
sunt campi; scilicet pura (simplici) que narratione historicae lectionis. qua
simpliciores quique ac minus capaces perfectae & integrae rationis.
de quibus dicitur homines & iumenta saluabis domine. secundum statum ac
mensurae suae conditionem ad opus tantum. & laborem actualis uitae
uegetiores robustioresque reddantur. Quamobrem de
his quae apta explanatione plana sunt. nos quoque constanter
possumus definire. audenterque nostram proferre sententiam. Ea uero quae
meditationi & exercitio nostro reseruans obtecta sanctus in scripturis
spiritus diuinis inseruit. quibusdam ea uolens indiciis & opinionibus colligi.
ita per gradus et cum cautela debent cauteque conferri. ut sit eorum adsertio uel
confirmatio in disputantis uel suscipientis arbitrio collocata. Nonnumquam

enī cū sup una re d uisa pmit sententia. potest utraq; rationabil
iudicari. & sine detrimto fidi t fine t medie suscipi. ictur
nec plena credulitas. nec absoluta refutatio deputet. pori q
sequens opinio derogare n̄ debeat. cū neutra earū fidei in
niat obsistere. Quale ē. illud qd helias uenerit i iohe. & tun
sit aduentū dn̄i pcessur. & de abhominatione desolatio
nis. q stetit i loco sco p illud simulacrū iouis q ierosoli
mis itēplo positū legim. & tam stare habeat i eccla p aduen
tū anticristi. Illa q; omia que i eugtlio sequunt. que & im
pleta ante captiuitatē ierosolimorū. & i fine mundi hu
itelligunt implenda. Ex qb; neutra opinio impug
nat aliā. nec sequente prior intellect euacuat. & iderco
pposita a uob questio licet n̄ satis uideat. nec frequent
int homines uentilata. nec apd plurimos pateat. & ex
hoc ipso apd aliqs ea que pferim forsitan uideant ambig
ua debem̄ n̄ram tēpare sententiā. qm fidi trinitatis nihil
pjudicant ut int illa habeat que medie st tenenda. Qua
n̄ tali opinione qlib suspitionib tantū & coniecturis colligi
solet. s; manifestis scripturarū testimoniis omia ēphen
dant. Absit g ut dm̄ qcq creasse credeam. qd substantialiter
malū sit dicente scriptura. Omia que fecit ds bona ualde.
Si enī a dō tales isti creati st. t ad hoc facti ut hos malign
gradus teneant. ac sēp deceptionib; & ruinis hominu
in uacent. contra pdicte scripture sententiā ifamabim dm̄
ut uelut creatorē atq; inuentorē malorū. qd scilicet pes
simas uoluntates ac natas ipse condiderit. ad hoc eas cre
ans ut sēp i neqcia pseuerantes. nūq transire possint in
bone uoluntatis affectū. Hanc g rationē diuersitatis hec
traditione patrū de scarū scripturarū fonte pcepim.

De angelis

Ante editionē huī uisibil creature spales celestes q
dm̄ fecisse. que p hoc ipso q scirent se ad tantam
beatitudinis gliam beneficio creatoris ex nichilo fuis
se pductas. ppetuas ei grās referentes. idesinent ei laud

inhererent. nemo fidelium dubitat. Nec enim existimare debemus crea-
tionis & opificii sui principia ab huius mundi constitutione deum primitus
inchoasse. quasi in illis antiquioribus; atque innumeris seculis ab omni pruden-
tia & dispensatione diuina fuerit otiosus. ac tamquam non habens in
quos bonitatis sue exerceret beneficia. solitarium atque ab omni muni-
ficentia alienum fuisse credatur. Quod de illa immensa ac sine principio & in-
comprehensibili maiestate satis humile incongruumque sentire. ipso
domino de illis potestatibus hec dicente. Quando facta sunt simul
sidera: laudauerunt me uoce magna omnes angeli mei. Quod ipsi sunt
creationi siderum. ante istud principium in quo factum dicitur celum & terra crea-
ti fuisse manifeste comprobantur. Quippe qui per istis omnibus uisibilibus creatis
que uidebant ex nichilo processisse. creatorem magna uoce referuntur
& admiratione laudasse. Ante istud ergo temporale principium quod a mo-
yse dicitur. quodque mundi huius secundum historicum immo iudaicum sensum sig-
nat etatem. saluo scilicet nostro sensu quo nos interpretamur omnium rerum
christum esse principium in quo omnia creauerit pater secundum illud. omnia per
ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nichil. ante istud inquam geneseos
temporale principium omnes illas potestates celestes que uirtutes deum cre-
asse non dubium est. quas apostolus per ordinem dinumerans ita describit. Quia
in christo creata sunt omnia in celis & in terra uisibilia & inuisibilia. siue
angeli. siue archangeli. siue throni. siue dominationes. siue princi-
patus siue potestates. omnia per ipsum & in ipso creata sunt. De isto-
rum itaque numero non nullos principes fuisse collapsos. lamentatio eze-
chielis siue ysaie manifestissime docet. in quibus principem tiri uel illum
luciferum qui mane oriebatur flebili planctu cognoscimus lamentari.
& de illo quidem ita dominus ad ezechielem. Fili hominis leua planctum super
principem tiri. & dices ei. Hec dicit dominus deus. Tu signaculum similitu-
dinis plenus sapientia perfectus decore. in deliciis paradisi dei fuisti.
Omnis lapis preciosus. operimentum tuum. Sardius. topazius & iaspis.
crisolitus & onix. & berillus. saphirus. & carbunculus. & aga-
tes. & smaragdus. Aurum opus decoris tui. & foramina tua.
in die qua conditus es preparata sunt. Tu cherub extentus & protegens. &
posui te in monte sancto dei in medio lapidum ignitorum ambulasti

perfectus in viis tuis a die conditionis tuae donec inventa est iniquitas in te. In
multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate et pec-
casti. et eieci te de monte dei et perdidi te o cherub protegens in medio la-
pidum ignitorum. Elevatum est cor tuum in decore tuo perdidisti sapientiam tuam in de-
core tuo. In terram proieci te. ante faciem regum dedi te ut cernerent te. In
multitudine iniquitatum tuarum et in iniquitate negotiationis tuae polluisti
sanctificationem tuam. Ysaias quoque de alio. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui ma-
ne oriebaris. corruisti in terram qui vulnerabas gentes. qui dicebas in cor-
de tuo in celum conscendam. super astra dei ponam solium meum. sedebo in mon-
te testamenti in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium. ero similis
altissimo. Quos tamen non solos ex illo beatissime stationis apice corruis-
se scriptura commemorat. dicens tertiam partem stellarum draconem illum se-
cum partem protraxisse. Unus quoque apostolorum evidentius dicit. Angelos vero qui non ser-
vaverunt suum principatum sed reliquerunt suum domicilium. in iudicium magni
diei vinculis eternis sub caligine reservavit. Illud etiam ad nos dic-
tum. Sic homines moriemini. et sicut unus de principibus cadetis. quid aliud
multos principes cecidisse significat. Quibus indiciis narratio divini-
tatis huius ita colligitur. has differentias ordinum quas instar sa-
crarum celestium quoque virtutum adverse potestates habere dicuntur. vel ex illius
antioris ordinis gradu in quo una queque creata fuerat necesse
retentare. vel certe de celestibus devolutas ad similitudinem il-
larum virtutum que ibidem perseverarunt. pro nequitie sue merito
quoque in malum crevit. hos inter se gradus et ordinum vocabula
in parte contraria vindicasse. *Germanus.* Nos hactenus cre-
debamus causam atque initium ruine seu prevaricationis diaboli.
qua de angelica statione deiectus est. invidiam specialiter extitisse.
quando adam et evam livida calliditate decepit. *Serenus.*
Non esse istud prevaricationis illius seu deiectionis initium ge-
neseos lectio manifestat. que ante illorum deceptionem
serpentem nominis nota cum credidit inurendum ita dicens.
Serpens autem erat sapientior sive ut hebraici exemplaria lo-
cuntur. callidior cunctis bestiis terre quas fecerat dominus deus. Intelligitis
ergo quod ante illam circumventionem primi hominis de angelica discesse-

scitate. ita ut non solum nominis huius insigniri mereretur infamia. sed etiam in nequitie
configuratione ceteris preferretur bestiis terre. Si enim tali uocabulo serpentem bonum
angelum designasset. nec de his qui in illa beatitudine perseuerant diceret.
serpens autem erat sapientior omnibus bestiis terre. Nam hoc cognomen non solum
gabrieli uel michaeli nullo modo posset aptari. sed nec bono quidem cuiquam homini con-
ueniret. Aptissime itaque et serpentis uocabulum et comparatio bestiarum non so-
nat angeli dignitatem. sed preuaricatoris infamiam. Denique liuoris ac seduc-
tionis materia qua ut hominem deciperet instigatus est. de antiquioris ruine extitit
causa. quem scilicet de limo terre nuperrime figuratum ad illam cum cerneret gloriam
euocandum. unde cum esset unus de principibus se meminerat corruisse. Et ideo
eo tempore eius lapsum quo superbiendo corruerat. quo etiam serpens meruerat non-
cupari. sed eadem ruina per inuidiam subsecuta est. Quem inueniens eum
adhuc aliquid in sese erectum habentem. ita ut etiam eundem eloqui atque con-
silium cum homine possit habere consortium. sententia diuina utiliter in ima deiec-
tum. ut non iam sicut antea sublime aliquid intuens et excelsus incederet.
sed ut solo coherens reperiretur et humiliatus super uentrem terrenis uitiorum
escis et operibus pasceretur. occultum deinceps publicans inimicum. ac ponens
inter ipsum et hominem utiles inimicitias salutaremque discordiam. Ut
deinde caueretur tanquam hostis noxius. amicitiis fraudulentis ulterius homini no-
cere non possit. In quo tamen et illud nos perspicue debet instruere.
ut a malis consiliis declinemus. quod licet deceptionis auctor congrua
pena et condemnatione plectatur. ne ille quidem qui seducitur supplicio ca-
reat. licet aliquantulum leuiore quam ille qui auctor deceptionis extiterit.
Quod et hinc expressum planissime cernimus. Adam namque qui seductus est immo
ut apostoli uerbis eloquar qui seductus non est. sed seducte adquiescens in exitiabi-
le uidetur accessisse consensum. sudore uultus ac labore tantum modo con-
dempnatur. quo tamen illi non persuasit sed propter terre maledictionem sterilita-
temque decreuit. Mulier uero huius rei persuasor extiterat. mul-
tiplicatione gemituum ac dolorum atque tristicie premeretur. perpe-
tuo partim iugo subiectionis addicta. Serpens autem qui primus incen-
tor huius offense est. perenni maledictione multatur. Quam ob rem
summa sollicitudine et circumspectione cauendum est a consiliis peruersis. quia
sicut auctorem puniunt. ita deceptum nec peccato faciunt carere nec

pena· Tanta u̇ sp̄uū densitate constipat̄ ē· aer iste q̇ int̄ celi
t̄rāq; diffundit̄· in q̊ n̄ q̇eti otiosi q; ꝑuolitant· ut satis u-
lit̄ humanis aspectib; eos ꝓuidentia diuina subtraxerit· Aut ēm
t̄rore ↄcursus eorū ł horrore uultuū i q̊s se ꝓ uoluntate sua
libitū fuerit transformant atq; ↄuertunt· intolerabili formidi-
ne homines ↄsternarent̄ atq; deficerent· neq̇q̇ ualentes hec
carnalib; oculis intueri· aut certe neq̇ores cotidie redderent
exēplis eorū iugib; & imitatione uitiati· & ꝑ hoc int̄ homines
& inmundas atq; aerias potestates fieret noxia quędā fami-
liaritas ac ꝑniciosa ↄiunctio· q̇a hec flagitia quę nc̄ int̄ homines
admittunt̄ ł parietū septis· ł locorū interuallo. & q̇dā uerecun-
dię ↄfusione celant̄. Quę si apta iugit̄ uisione conspicerent
ad maiorē furoris incitarent̄ insaniā· nullo scilicet interueni-
ente tēpis puncto· q̊ ab istis scelerib; eas cernerent desinentes
q̇ppe q̇s nulla lassitudo carnal̄· seu occupatio familiaris re-
ac sollicitudo cotidiani uict̄· quēadmodū nos a cœptis intentio-
nib; & iā inuitissimos n̄ nq̄ cessare ↄpellunt. Has nanq;
inpugnationes q̇b; homines inpetunt· & iā contra se inuicē eos
affectare certissimū ē· nā discordias atq; conflict̄ sup̄ nullis
gentib; ꝑ q̇dā sibi neq̇tię uernacula familiaritate susceptas in-
defesso certamine simult̄ exercere n̄ desinunt. Quod etiā in uisio-
ne danielis ꝓphę manifestissime legim̊ figuratū· angelo gabri-
ele ita narrante. Noli timere daniel· q̇a ex die p̄mo q̊ posuisti
cor tuū ad intelligendū ut te affligeres i conspectu dī tui ex-
au — dita st̄ u̇ba tua· & ego ueni ꝓpt̄ sermones tuos· Princeps aut̄
regni ꝑsarū restitit m̄· xx̄· & uno dieb; & ecce michael unus de
p̄ncipib; p̄mis· uenit i adiutoriū meū· & ego remansi ibi· iuxta regē
ꝑsarū· Veni aut̄ ut docerē te quę uentura st̄ poplo tuo i nouissi-
mis dieb; Quē p̄ncipē regni ꝑsarū adusaria potestatē esse q̇
fauebat genti ꝑsarū inimice poplo dī minime dubitandum
ē· quāq; ad inpediendā utilitatē quā uidebat ꝑ absolutionē quęs-
tionis· ꝑ qua ꝓpha dn̄m exorauerat ab archangelo ministrandā
liberis semet ipsū ne otiū ad danielē salutaris angli consolatio

perueniret. denique postquam eum gabriel archangelus perrexerat confortare, obiecit.
Qui tamen ait. ne time quia idcirco ob inpugnationis illius uehementiam se ad eum
peruenire potuisse. nisi in adiutorium sibi michael archangelus aduenisset. &
occurrens principi regni persarum. seseque conflictui eius interserens & opponens
eumque ab ipsius inpugnatione defendens. ad instructionem prophetię post uice-
simum & unum diem peruenire fecisset. & post pauca. & ait inquit angelus.
Numquid scis quare ueneri ad te. & nunc reuertar ut prelier aduersus principem persa-
rum. Cum enim ego egrederer. apparuit princeps grecorum ueniens. Ueruntamen
adnuntiabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis. & nemo est adiutor meus in
his omnibus nisi michael princeps uester. & iterum. In tempore illo consurget mi-
chael princeps magnus. qui stat pro filiis populi tui. legimus ergo grecorum quoque
principem similiter alium nuncupari. qui utique fauens genti sibi subditę tam
populo israel quam nationi persarum uidebatur aduersus. Ex quo liquido peruidetur
quod discordias gentium & conflictus ac simultates quas inter se istis insti-
gantibus gerunt. etiam contra se aduersę exerceant potestates. & illa-
rum uictoria gaudeant uel diminutione crucientur. & ob hoc possint
inter esse concordes. dum unusquisque pro his quibus prest contra alterius gen-
tis presulem. inquieta semper emulatione contendit. Nos quoque
preter illas quas superius exposuimus opiniones etiam idcirco dici principatus
uel potestates euidentius possumus ratione colligere. quod scilicet
uel diuersis gentibus dominentur ac presint. uel certe quod inferiores spiritus atque
demonia. de quibus etiam euangelia legiones esse propria ipsorum confessio-
ne testantur. suos exerceant principatus. Nam dominationes dici
posse nisi habeant in quos ditionem suę dominationis exerceant. Nec po-
testates aut principatus uocari queunt. nisi fuerint super quos sibi uin-
dicent principatum. Quod etiam in euangelio designari a blasphemantibus
phariseis manifestissime repperimus. In beelzebub principe demo-
niorum hic eicit demones. Nam & rectores tenebrarum legimus
apellari. & alias mundi huius principem nuncupari. Quos tamen gradus
beatus apostolus in futurum cum omnia christo fuerint subiecta. asserit uacu-
andos. Cum tradiderit inquiens regnum deo & patri. cum euacuauerit
omnem principatum. & potestatem. & dominationem. Quod utique non aliter fiet.
nisi fuerint de ipsorum ditione sublati. super quos in hoc seculo potes-

tates seu dominationes vel principatus administrare noscuntur.
Nam quia bonae parti eadem ordinum vocabula non sine ratione causa-
ve sint indita. et officiorum vel meritorum seu dignitatum sint
nomina. nulli dubium est. Etenim de officio nuntiandi. angelos id est nuntios mani-
festum est appellari. Et archangelos. eo quod ipsis angelis praesint. nominis ipsius pro-
prietas docet. Dominationes etiam. ab eo quod quibusdam dominentur. principatus quoque quod habe-
ant. quorum sint principes. Et sedes. quod ita scilicet deo cohereant. et domestici
ac familiares ei sint. ut in ipsis velut in quadam sede divina maiestas pecu-
liarius requiescat. et quodammodo in eis firmius recumbat. Regi autem inmundos spiritus a nequi-
oribus potestatibus. eisque esse subiectos. praeter illa scripturarum testimonia quae
in euangelio quoque calumniantibus pharisaeis domini legimus responsione descripta.
Si ego in beelzebub principe demoniorum eicio demones. etiam perspicuae vi-
siones et experimenta sanctorum multa nos edocent. Nam cum unus e fratribus nostris in hac
solitudine iter ageret. advesperascente iam die antrum quoddam repperiens ibi
substitit. vespertinam volens in eo sinaxin celebrare. Ubi dum psalmos ex mo-
re decantat. tempus mediae noctis excessit. Cumque finita sollempnitate re-
fecturus lassum corpus paululum resedisset. repente coepit catervas demonum
undique confluentium innumerabiles intueri. Quae infinita stipatione atque
ordine longissimo procedentes. aliae praeibant principem suum. aliae sequebantur.
Qui tandem aliquando et magnitudine procerior cunctis et aspectu terribilior
advenit. ac posito solio cum in tribunali quodam sublimissimo consedisset. unius-
cuiusque actus diligenti coepit examinatione discutere. illosque qui necdum se cir-
cumvenire emulos suos potuisse dicebant. velut inertes ignavosque
a conspectu suo cum nota et iniuria iubebat expelli. spatia temporis
et operam tantam inpensum cum fremitu furoris exprobrans. Illos vero qui se
nuntiabant consignatos sibimet decepisse. summis laudibus cum ex-
ultatione ac favore cunctorum. ut fortissimos bellatores ad exem-
plum cunctorum gloriosissimos coram omnibus emittebat. In quorum numero
cum quidam nequissimus spiritus ut potente quendam triumphum sullimissimum delaturus
advenisset. laetior nomine monachi optime cogniti designans
adserens per xv. annos quibus eum iugiter obsedisset. tandem aliquando se praeva-
luisse. ut eum ipsa eadem nocte ruina fornicationis eliderit. Nam cum
quadam sacra puella non solum inpulisse ut stupri crimen incurreret.

sed etiam persuasisse ut eam sibi perpetuo iure coniugii retemptaret. Super cuius
relatione cum inmane cunctorum gaudium fuisset exortum. summis
a principe tenebrarum laudibus elevatur. magnisque preconiis coronatus
abscessit. Aurora itaque superveniente. cum omnibus ab oculis evanuis-
set demonum multitudo. dubitans frater de assertione spiritus inmundi
magisque id ratus quod inolita consuetudinis sue fallatia sibi voluisset
illudere. et innocenti fratri inurere crimen incesti. memor euangelice sen-
tentie quod in veritate non stetit. et quia non est veritas in eo. Cum loquitur menda-
cium de propriis loquitur quia mendax est. et pater eius. pelusium petit. ubi illum quem
spiritus inmundus asseruit esse deiectum noverat commorari. Erat siquidem
illi etiam notissimus frater. Quem cum requisisset. repperit quod eadem nocte qua teterrimus
ille demon ruinam eius sue cohorti vel principi nuntiarat. monasterio
pristino derelicto in vicum petisset. et cum designata puella fuisset
lapsu miserabili devolutus. Nam quod unicuique nostrum duo
cohereant angeli. id est boni ac mali. scriptura testatur. Et de bonis quidem
salvator. Ne contempnatis inquiens unum ex pusillis istis. Dico enim vobis
quod angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui est in celis. Illud
quoque. Et inmittet angelum domini in circuitu timentium eum. et eripiet
eos. Nec non etiam quod in actibus apostolorum de petro dicitur. quia angelus eius est. De
utrisque vero liber pastoris plenissime docet. Si autem consideremus et illum
quem beatus iob expetiit. apertissime instruimur illum fuisse. qui semper
insidiatus ei numquam eum ad peccatum potuerit temptare. Et idcirco potesta-
tem a domino poposcisse. velut qui non virtute illius sed domini defensione. quia
illum semper preterierit vinceretur. De iuda quoque dicitur. Et diabolus stet a dex-
tris eius. De differentiis sane demonum etiam per illos duos
philosophos qui quondam magicis artibus vel inertiam eorum vel fortitudinem
sevamque nequitiam fuerant frequenter experti. multum cognitionis acce-
pimus. Hi namque despicientes beatum antonium velut imperitum ac
sine litteris virum. volentesque eum si nichil amplius ledere potuissent.
saltem de cella sua magicis prestigiis et circumventione demo-
num perturbari. spiritus ei nequissimos inmiserunt ad inpugnationem hanc
in morsum livoris adducti. eo quod maxime hominum turbe ad
eum velut famulum dei cotidie convenirent. Cumque illo nunc quidem in

ꝑmente pectori suo fronti q; signaculum crucis. ne ul orationi supp
ē incubante ne adprimare q̄de dirissimi demones eidē ꝑsistr
audent. atq; ad eos q̄ illos direxerant. absq; ullo reverterentur
effectu. & alios illi inequia vehementiores rursus inmitterent. tal
ipsis i cassū suas expendentib; uires atq; inanit̄ redeuntib; po
tentiores nichilominꝰ adusū militē xp̄i uictorē tm̄ destinar
nichil penit̄ ꝑualerent. eo ꝑfecer̄ tales tanteq; eorū in
sidię tota magica arte quesite. ut ꝑ hęc euidentissime cōple
rent magnā ꝑfessioni xp̄ianorū inesse uirtutē. q̄b; ille tn̄
seuę & tā potentes umbrę q̄s estimabant solē lunāq; si ad
eas directę fuissent obducere potuisse. hunc n̄ solū nichil
ledē. s; ne ad punctū q̄dē de monasterio suo ualuerint ꝑtur
bare. Cumq; ꝑ hac ammiratione ēfesti uenientes ad abbat
antoniū. inpugnationū suarū magnitudinē & causas atq;
insidias patefecissent liuoris occulti. xp̄ianos se fieri ꝑtin ꝑo
cer. Req̄sito aut̄ ab illis ꝑditę inpugnationis die. asseruit se
amarissimis cogitationū simul t̄c fuisse pulsatū. Q̄ exp̄imto sen
tentiā nr̄am quā hesterno die i collatione ꝑtulimꝰ ꝑbauit ac
definiuit beatꝰ antoniꝰ. nullatenꝰ demones posse mentē cuiusq̄
ł corpꝰ inuadē. nec habē facultatē i cuiuslibet animā penitꝰ inr
endi. n̄ cā destituerint omnib; cogitationib; scīs ac sp̄ali contempla
tione, nudā uacuāq; reddiderint. Sciendū ū tamē duob; modꝭ sp̄s inmun
dos hominib; obedire. Aut eni sc̄itati fideliū diuina grā
ac uirtute subdunt̄. aut sacrificiis impiorū. seu q̄b;dā carmi
nib; deliniti. uelut familiarib; adulant̄. Q̄ opinione phar
isei q̄q; decepti. arbitrati s̄t etiā dn̄m saluatorē hac arte demon
is ipasse dicentes. In beel zebub ꝑncipe demoniorū. hic eicit
demonia. Secdm̄ illā scilicet ēsuetudinē q̄ norant suos magos
ł maleficos ꝑ inuocatione nominis illiꝰ ac ritū sacrificiorū q̄ illi de
lectari & gaudē cognoscunt. uelut domesticos ei habē ac demo
nes ei subditos potestatē. GERMAN. Quia geneseos lectio
paulo ante inmediū di dispensatione ꝑlata ē. quę nos oportune
cōmonuit. ut id q̄d semꝑ discere cupiebam. ne possim ēgrue

sisertari. quod etiam de illis apostaticis angelis sentiendum sit optamus agnoscere. qui
se cum filiabus hominum miscuisse dicuntur. utrum hoc possit spiritali naturae secundum
litteram conuenire. Illud quoque euangelii testimonium quod de diabolo paulo ante dixis-
ti quia mendax est & pater eius similiter desideramus audire, quomodo pater intellegendus sit. 24

Serenus. Duas questiones non mediocres pariter protulistis. De quibus quantum possum eodem
quo proposuistis ordine respondebo. Nullo modo credendum est spiritales naturas
coire cum feminis carnaliter posse. Quod si aliquando hoc secundum litteram fieri potu-
isset. quomodo non nunc quoque id ipsum uel raro contingeret. & absque semine uel coitu uiri
aliquos nasci similiter de mulieribus conceptu demonum cerneremus. cum praeser-
tim constet eos libidinum sordibus ammodum delectari. quas procul dubio per se
met ipsos exercere quam per homines mallent. si id ullo modo possent implere. ecclesi-
astes quoque id ipsum pronuntiante. Quid est quod fuit. ipsum quod est. & quid est quod factum est.
ipsum quod fiet. & non est omne recens sub sole. quod loquatur & dicat. Ecce hoc
nouum est. Iam fuit in seculis. quae fuerunt ante nos. Sed ita questio huius propositionis
absoluitur. Post necem abel iusti. ne a fratricida & impio omne hominum genus
exordium sumeret. in locum fratris extincti nascitur seth. qui non solum posteri-
tati sed etiam fraternae iustitiae pietatique succederet. Cuius progenies patris se-
cuta iustitiam a societate & comunione cognationis illius quae ex cain sa-
crilego descendebat. semper diuisa permansit. Sic etiam genealogiae descrip-
tio manifeste declarat. ita dicens. Adam genuit seth. Seth genuit
enoc. Enoc genuit cainan. Cainan autem genuit malaleel. & ma-
laleel genuit iareth. Iareth genuit enoch. Enoc genuit matusa-
la. Matusala genuit lamech. lamech genuit noe. Item genealogia
cain ita diuisa describitur. Cain genuit enoc. Enoc genuit cainan.
Cainan genuit malaleel. Malaleel genuit matusalam. Matusalam
genuit lamech. lamech genuit iobel & iubal. Itaque illa generatio
quae de seth iusti propagine descendebat. suae lineae iugiter agnitionique
permixta in patrum atque atauum sanctitate longa etate durauit. nequaquam sci-
licet sacrilegiis ac malitia nequissimae prolis infecta. quae in semet im-
pietatis germen uelut auita traditione retinebat insertum. Donec ergo
perseuerauit inter illas generationes eorum ista discretio. semen illud seth
ut pote de optima radice procedens. pro merito sanctitatis angeli dei. siue ut
diuersa exemplaria continent. filii dei uocati sunt. & econtrario illi pro-

impietate suā ł patrū suorū & opatrena. filii hominū nuncupantur.
Cū esset ergo int ipsos usq; ad illud tēpus hec uel sca q; diuisio. uidentes post hec filii seth. q̄ dī filii erant filias eorū q̄ de cain pgenie nascebantur desiderio pulchritudinis earū succensi. acceper de ipsis sibimet uxores.
Que uiris suis parentū suorū nequitias infundentes. ab illa eos ingenita sctitate ac simplicitate patria ptinus corruperunt. Ad quos satis congrue directū ē illud eloquiū. Ego dixi dii estis. & filii excelsi oms. Vos autē sicut homines moriemini. & sicut unꝰ de principib; cadetis. Cuiq; ab illa uera philosophie phisice disciplina tradita sibi a maiorib; exciderunt. quā primꝰ homo ille q̄ uniuersarū naturarū institutione e uestigio subsecutꝰ est. potuit euidentē adtingere. suis q; posteris certa ratione transmittere. quippe qui mundi ipsiꝰ infantiā adhuc teneram & quodāmodo palpitantē rude q; conspexerat. & in quē tanta fuit n̄ solū sapientie plenitudo. s; etiā gratia pphetie diuina illa insufflatione transfusa. ut uniuersis animantib; nomina rudis adhuc mundi huiꝰ habitator imponeret. ac n̄ solū omnigenū bestiarū atq; serpentiū furores uirus discerneret. s; etiā uirtutes herbarū & arborū. lapidū q; naturas ac temporū nec nō exptorū uicissitudines partiret. ita ut efficaciter potuerit dicere. Dns dedit m̄ eorū que sunt scientiā uerā. ut sciā dispositionē orbis terrarū & uirtutes elementorū. initiū & consūmationem & medietatē tēporū. uicissitudinē & mutationes & diuisiones temporū. annorū cursus & stellarū dispositiones. naturas animalium & iras bestiarū. ui spuū & cogitationes hominū. differentias arborū & uirtutes radicū. & quecūq; sunt abscondita in promptu cognoui. Hanc ergo scientiā omniū naturarū p successiones generationū semen seth patria traditione suscipiens. donec diuisa a sacrilega ppagine pdurauit. quēadmodū sce pceperat. ita etiā ł ad dī cultum ł ad utilitatē uite cōmunis exercuit. Cū uero impie generationi fuisset admixtū. ad res pphanas ac noxias que pie didicerat instinctu quoq; demonū deriuauit. curiosas q; ex ea maleficorū artes atq; prestigia ac magicas supsticiones audacter instituit. docens posteros suos ut sacro illo cultu diuini nominis derelicto. ł elementa hec. ł ignē ł aerios demones uenerarentur & colerent. Hec ergo quā diximus

curiosarū rerū noticia q̄m in diluuio n̄ periert. ac supuenientib; sęclis inno
tuerit. Licet hoc minime absolutio ꝓpositę questionis exposcat. tam̄ q͞a nos
occasio huiꝰ expositionis admonuit. pstringendū breuit puto. Quantū
itaq; antiquę traditiones ferunt. chā filius noe q̄ supstitionib; istis &
sacrilegis ac pfanis erat artib; institut᷑. sciens nullū se posse sup his me
moriale librū in arcā p̄sus inferre. in q̊ erat una cū patre iusto ac suis
frib; ingressur᷑. scelostas artes ac ꝓphana cōmta diuisorū metallorum
laminis quę scilicet aquarū corrūpi inundatione n̄ possent. & duris
simis lapidib; insculp̄sit. Quę pacto diluuio. eadē qua celauerat curiosi
tate p̄quirens. sacrilegiorū ac ꝑpetuę nequitię seminariū transmisit in pos
teros. Hac itaq; ratione illa uulgi opinio q̄ credunt angelos ł maleficia
ł diuersas artes hominib; tradidisse. in ueritate cōpleta est. De illꝰ q̊ q̄ quem
admodū diximꝰ filius seth & filiab; cain. nequiores filii procreati sunt. q̄ fuer
robustissimi uenatores. uiolentissimi ac truculentissimi uiri. q̄ ꝓ enormita
te corpm ł crudelitatis atq; malitię. gigantes nuncupati sunt. Hi nanq;
finitissimos populari ac rapinas int̄ homines p̄mi exercere cęperunt.
preda potius exigentes uitā suā quā sudore opis ac labore contenti. &
quorū usq; eo scelera superauerunt. ut expiari mundus aliās n̄ diluuii
inundatione n̄ posset. Ita q̄ filiis seth libidinis instigatione transgres
sis. illud mandatū qd̄ ab exordio mundi huiꝰ naturali instinctu diutis
sime fuerat custoditū. necesse fuit p litteram legis postea reparari. Filiā tuā
n̄ dabis filio eiꝰ uxorē. nec de filiab; eorū accipies filio tuo. q͞a seducent
corda uestra ut discedatis a dō uro. & sequamini deos patrū. ac seruiatis eis.

Germanus. Merito potuisset illis ex hac psumptione crimen transgres
sionis ascribi. si data fuisset illis ista preceptio. At cū seiunctionis istius
obseruantia nec dū aliq̄ fuisset constitutione pfixa. quemadmodū illis ꝑ
mixtio generis ad notā debuit imputari. quę nullo fuerat medicata man
dato. lex eni n̄ pterita solet crimina. s; futura dānare. Serenus.
Ds hominē creans. omnē naturalit᷑ ei scientiā legis inseruit. Quę si fuisset ab ho
mine scdm ꝓpositū dī ut cęperat custodita. n̄ utiq; necessariū fuisset aliā
dari. quā litteris postea pmulgauit. Erat eni superfluū extrinsecꝰ offerri re
mediū. qd̄ adhuc intrinsecus uigebat insertū. S; q͞a hęc iā diuini penit'
corrupta iā fuerat libertate usu q; peccandi. uelut huiꝰ exsecutor ac

quidem

uindex. et ut ipsius scripture uerbis eloquar adiutrix apposita est. mosay-
ce legis seuera districtio. ut vel metu pene presentis non penitus boni scientie
naturalis extinguerent. secundum sententiam prophete dicentis. legem dedit in ad-
iutorium. Que etiam secundum apostolum pedagogus uelut paruulis data fuisse
describitur. erudiens scilicet eos atque custodiens. ne ab illa disciplina
in qua naturaliter fuerant instituti. quadam obliuione discederent. Nam quod
sit hominum scientia legis ab initio creationis infusa. hinc manifeste
probatur quod mandata legis absque littere lectione ante legem immo ante
diluuium omnes sanctos obseruasse cognoscimus. Quemadmodum enim scire pote-
rat abel nec dum lege mandante quod de primitiis ouium suarum et de adipe ipso-
rum sacrificium deo deberet offerre. nisi per insitam sibi legem naturaliter fuisset edoctus?
Quemadmodum noe quod mundum vel quod inmundum esset animal discreuisset. non-
dum hec legali distinguente mandato. nisi scientia naturali fuisset in-
structus? Unde enoch didicit ambulare cum deo. nullam legis illumina-
tionem ab aliquo consecutus? Ubi sem et iafet legerant turpitudinem patris
tui non reuelabis. ut incedentes retrorsum patris uerenda uelarent? Un-
de nouerat abraham spoliis hostium que sibi offerebant ne retributionem
laboris sui consequeretur abstinuit. vel decimas sacerdoti melchisedech que
mosaica lege percipiunt exsoluit? Unde idem ipse abraham. unde loth. tran-
seuntibus ac peregrinis humanitatis iura et ablutionem pedum nec dum
euangelico coruscante mandato suppliciter obtulerunt? Unde iob tantam
deuotionem fidei. tantam castimonie puritatem. tantam humilitatem man-
suetudinis misericordie humanitatis scientiam consecutus est. quantam nunc nec ab
illis qui euangelia memorie tenent. uidemus impleri? Quem sanctorum legimus
ante legem. ullum legis non obseruasse mandatum? Quis illorum non custodi-
uit. audi israel dominus deus tuus. deus unus est? Quis non impleuit illorum. non facies tibi
sculptile. neque ullam similitudinem eorum que in celo sunt. siue que in ter-
ra. vel eorum que sunt in aquis sub terra? Quis eorum non obseruauit. honora pa-
trem tuum et matrem. vel illa que in decalogo subsequuntur. non occides. non ad-
ulterabis. non facies furtum. non falsum testimonium dices. non concupisces uxo-
rem proximi tui. aliaque his multo maiora. quibus non solum legis sed etiam euangelii
preuenere mandata? Ita ergo intelligimus ab initio deum omnia cre-
asse perfecta. nec fuisse quod ordinationi eius principali uelut inprudens et

inpfecte necesse esset adiungi· si in illo statu ac dispositione q̄ ab ipso creata sc̄ uniusa mansissent· & ideirco in eos q̄ ante legē immo ante diluuiū peccauer̄· iusto iudicio animaduertisse dm̄ pbant· qđ transgressi natalē legē sine ulla meruer̄ excusatione puniri· Nec in illorū incidimus blasphemię calūpniā· qui ignorantes hanc rationē derogant dō ueteris testamenti· ac detrahentes nrę fidei subsannantesq; respondent· Quid ergo placuit dō uro· ut post tot annorū milia legē uoluerit pmulgare· tanta scła passus sine lege transire? Quod si postea melius aliquid adinuenit· apparet eū in primordio mundi inferiora t' deteriora sapuisse· & post hęc uelut expimentis edoctū cępisse rectiora pspicere· ac principales ordinationes suas in melius emdare· Quod inmense pscientię di penitus conuenire n̄ poterit· nec sine ingenti blasphemia hęc de ipso ab heretica insania pferent̄· dicente ecclaste· Cognoui qm omnia quę fecit ds ab initio· ipsa er̄ in ęt̄nu· Sup illa n̄ ē· qđ addat̄· & ab illis n̄ ē· qđ auferat̄· & idcirco· iustis lex n̄ ē· posita· In iustis autē & n̄ subditis· impiis & peccatorib̄· sceleratis & contaminatis· Illi namq; habentes natalē atq; insitę legis sana atq; integrā disciplinā· nequaquā lege hac extrinsecus adhibita litterisq; descripta· quęq; in adiutoriū illi natali data ē· indigebant· Ex quib; aptissima ratione colligit̄· nec legē istā pscriptā litteris ab initio dari debuisse· Erat enim supfluū fieri stante adhuc lege natali· nec ad integrū uiolata· nec euuangelicā pfectionē tradi ante legis potuisse custodiā· Non enim potuerant audire· qui te pcusserit in dextra maxillam tuam· pbe illi & alterā· qui contenti n̄ erant talionis equitate iniurias pprias uindicare· s; letales calces ac telorū uulnera p alapa leuissima rependebant· & pro uno dente pcutientiū animas expetebant· Sed nec dici illis poterat· diligite inimicos uros· in quib; magnus fructus & utilitas docebat̄· ut amicos suos diligerent· declinarent uero ab inimicis· & solo ab eis odio discedent· nec opprimere illos & interficere festinarent· Illud uero qđ uos de diabolo mouerit qđ mendax ē· & pat̄ eius· qđ uidelicet tam ipse quam pat̄ eius mendax pnuntiari uideat̄ a dn̄o· satis absurdū ē· hoc t' leuiter opinari· Ut enim paulo ante diximus sps spm n̄ generat· sic nec anima quidē potest

anima p creare. licet concretione carnis n dubitem humano semine coalescere. ita de utraq; substantia id est carnis & anime. que cui adscribat
auctori ap[osto]lo manifestius distinguente. Deinde inquit patres carnis
nr[a]e habuim[us] eruditores. & reuerebam[ur] eos. N multo magis subicie-
m[us] patri sp[irit]uu[m] & uiuem[us]. Qua hac diuisione clarius potuit deffinire.
ut carnis quide[m] nr[a]e patres homines p[ro]nuntiaret. animaru[m] u[ero] d[omi]n[u]m solu[m] esse
patre[m] constant[er] exp[ri]meret. Quaq[uam] & in ipsa corporis hui[us] concretione
ministerium tantu[m] m[odo] sit hominib; ad scribendu[m]. summa u[ero] conditionis
d[e]o omniu[m] creatori. dicente dauid. Man[us] tue fecer[unt] me. & plasmauer[unt]
me. & beat[us] iob. Nonne sic[ut] lac mulsisti me. & coagulasti me ut
caseu[m]. Ossib; & neruis inseruisti me. & d[omi]n[u]s ad ieremia[m]. Priusq[uam] te for
mare[m] in utero noui te. Celaster u[ero] utriusq; substantie natura[m] atq; ori
gine[m] examinatione ort[us] atq; initii ex q[uo] uidelicet una queq; p[ro]cessit.
& considatione finis ad que[m] una queq; contendat. satis euident[er] ac
p[ro]p[ri]e colligens. partimq; de hui[us] corporis atq; anime reparatione dub[i]
tans. ita disseruit. Priusq[uam] conuertat[ur] puluis in t[er]ra[m] sic[ut] fuit. &
sp[iritu]s reuertat[ur] ad d[eu]m q[ui] dedit eu[m]. Quid aptius dici potuit. qua[m] ut ma
teria[m] carnis qua[m] puluere[m] nominauit que de hominis semine su
mit exordiu[m]. ei[us]q; uidet[ur] ministerio seminari. uelut e t[er]ra sepul
tam reuerti p[ro]nuntiaret ad t[er]ra[m]. sp[iritu]m u[ero] q[ui] n[on] p[er] mixtione[m] sexus utriusq;
generat[ur]. s; peculiarit[er] a d[e]o solo tribuit[ur]. ad auctore[m] suu[m] redire
signaret. Quod etia[m] p[er] illa[m] d[e]i insufflatione[m] q[ua] ada[m] p[ri]mit[us] animauit.
euident[er] exprimit[ur]. Itaq; his testimoniis manifeste colligim[us] patre[m]
sp[irit]uu[m] dici nemine[m] posse n[isi] d[eu]m solu[m]. q[ui] eos ex nichilo cu[m] uoluerit
facit. homines u[ero] carnis nr[a]e patres tantu[m]mo[do] nominari. Igit[ur] & di
abolus s[e]c[un]d[u]m hoc q[uo]d u[e]l sp[iritu]s u[e]l angl[u]s u[e]l bon[us] creat[us] e[st]. patre[m] nemine[m] ha
buit n[isi] d[eu]m conditore[m] suu[m]. Qui cu[m] sup[er]bia fuisset elat[us]. & dixisset
in corde suo. ascenda[m] sup[er] altitudine[m] nubiu[m] & ero simil[is] altissimo
fact[us] e[st] mendax. & in ueritate n[on] stetit. s; de p[ro]p[ri]o nequitie thesauro
mendaciu[m] p[ro]ferens. n[on] solu[m] mendax s; etia[m] pat[er] ipsiu[s] mendacii factus e[st].
& q[uo]d deitate[m] homini rep[ro]mittens ac dicens. eritis sic[ut] dii. in ue
ritate n[on] stetit. s; ab initio fact[us] e[st] homicida. u[e]l ada[m] in conditi
one[m] mortalitatis inducens. u[e]l abel instigatione sua p[er] manu[m]

fr̄is interimens. S; iā disputationē nr̄ām duarū ferme noctiū lucu
brationē confectā subsequens aurora concludit. ac de pfundissimo
questionū pelago cymbā conlationis huiusce ad tutissimū silentii
portū compendiū nr̄ę rusticitatis adtraxit. In q° q̄ de pfundo q̄ntū
nos interius diuini spc̄ introduxerit flat᷑. tanto diffusior pcedens
oculorū aciē semp aperiet inmensitas. ac scd̄m sententiā salomonis longi
us fiet a nobis magis quā erat; & alta pfunditas. Quis inueniet eā.
Quā ob rē dn̄m depcem᷑. ut in nobis ł timor ei᷑ ł caritas ei᷑ quę nescit
cadere inmobilis pseueret. quę & nos & sapientes in omnib; faciet.
& a diaboli telis ptegetur semp inlesos. His & eni custodib᷑ impossibi
le ē. quēpiā laqueos mortis incurrere. Int pfectos autē & inpfec
tos ista distantia ē. qđ in illis q̄dē fixa & ut ita dixeri maturi
or caritas tenaci᷑ pseuerans. firmi᷑ eos ac facili᷑ facit ī scītate
durare. In his ū uelut infirmi᷑ collocata & facilius refrigescens.
cito ac sepius eos peccatorū cōpellit laqueis iplicari. Quib; auditis
ita nos conlationis hui᷑ sermo inflāmauit. ut maiore mētis ardore
abeuntes a cella senis. quā ante ueneram᷑ doctrinę ei᷑ plenitudi
nē sitiremus. Explic̄ secdā conl̄ abbis Sereni. d̄ uario
pncipatu. Incip conl̄ pma abbis isaac. De oratione.

De ppetua orationis instantia atq; incessabili iugitate.
qđ in scd̄o institutionū libro pmissū ē. conlationes senis
hui᷑ quē nc̄ ī mediū pferem᷑ id ē abbatis isaac dn̄o fauente cōplebūt.
Quib; explicatis & pceptis beatissimę memorię papę castoris. & desi
dio uro o beatissime papa leonti & scē fr̄ elladi satis fecisse me
credo. uoluminis amplitudinē pmit᷑ excusata. quę studentib; nob
n̄ solū sermone succincto narranda pstringere. s; etiā plurima si
lentio pterire in maiorē modū quā disposueram᷑ extensa ē. Pmis
sa nanq; sup diuersis institutis disputatione copiosa. quā nos studio
breuitatis resecare maluim᷑. hec ad extremū beat᷑ isaac intulit
uerba. Omnis monachi finis cordisq; pfectio. ad iugē atq; in
dirupta orationis pseuerantiā tendit. & quantū humanę fragilita
ti conceditur. ad inmobilē tranq̄llitatē mtis ac ppetuā puenire ni
tit᷑ puritatē. Ob quā omnē tā laborē corporis q̄ contritionē spc̄.

indefesse querim(us). & iugit(er) exercemus. & est int(er) alterutru(m) recipro
queda(m). inse(p)arabil(is)q; co(n)iunctio. Na(m) sic(ut) ad orationis (per)fectione(m) omniu(m)
tendit structura uirtutu(m). ita n(is)i hui(us) culmine hec o(mn)ia fuerint
conligata atq; conpacta. nullo m(od)o firma poterunt (ue)l stabilia (per)du
rare. Quemadmodu(m) eni(m) sine illis (per)henis orat(ionis) q(ui)ete adq(ui)ri (ue)l consum(m)a
ri n(on) potest. hec de q(ua) loq(ui)m(ur) (per)petua orationis iugisq; tranq(ui)llitas
ita ne ille q(ui)de(m) uirtutes que hanc (con)struunt animi puritate(m).
absq; hui(us) possu(n)t orationis assiduitate (con)pleri. & ideo nec recte trac
tare de orationis effectu. nec ad ei(us) (prin)cipale fine(m) que uniu(er)sarum
uirtutu(m) molitione (per)ficit(ur). subitanea disputatione poterim(us) intrare.
n(is)i p(ri)us uniu(er)sa que illius obtentu (ue)l abscidenda s(un)t. (ue)l paranda p(er) or
dine(m) dinumerata fuerint atq; discussa. & s(e)c(un)d(u)m eu(an)g(e)lice para
bole disciplina(m) ea que ad sp(irit)ual(is) ac sublimissime illius extructio
ne(m) turris supputata fuerint. ac diligent(er) ante congesta. Que tam(en)
nec (pro)der(unt) (pre)parata. nec recte supponi sibimet excelsa culmina (per)
fectionis admittent. n(is)i egesto p(ri)us omni repurgio uitioru(m) & effos
sis sucidiuis mortiusq; ruderib; passionu(m). q(ua)q(ue) ut aiunt ac solli
tre pectoris n(ost)ri immo illi eu(an)g(e)lice petre supiecta fuer(int) siplicita
tis & humilitatis firmissima fundam(en)ta. q(ui)b(us) hec t(ur)ris sp(irit)alium
uirtutu(m) molitionib; extruenda. & imobilit(er) ualeat stabilire.
ad su(m)ma celoru(m) fastigia confidentia (pro)prie firmitatis attolli. fun
damentis & eni(m) talib; innitente(m). quamuis passionu(m) imbres largissi
mi (pro)fundant(ur). q(ua)muis ei (per)secutionu(m) uiolenti torrentes instar arie
tis illidant(ur). q(ua)muis irruat & incubat adu(er)sarioru(m) sp(irit)uu(m) seua te(m)
pestas. n(on) solu(m) ruina n(on) diruet(ur). s(ed); nec ipsa aliq(ua)ten(us) uexab(itur) in
pulsio.

Et idcirco ut eo feruore ac puritate q(ua) debet
emitti possit oratio. hec s(un)t omnimod(is) obseruanda. Primu(m) sollici
tudo reru(m) carnaliu(m) generalit(er) abscidenda e(st). deinde nullius
negotii cause ue n(on) solu(m) cura. s(ed); ne memoria q(ui)de(m) penit(us) admitten
da. Detractiones. uaniloq(ui)a. seu multiloq(ui)a. scurrilitatesq; simulit(er)
amputande. Ire p(re) omnib; siue tristicie (per)turbatio. funditus eruen
da. Concupiscentie carnal(is) affect(us). ac philargirie noxius fomes
radicit(us) euellendus. & ita his ac similib; uitiis extrusis penit(us)

et abscisis que hominum possunt parere conspectibus, tali quoque, ut diximus
repurgii emundatione premissa, que simplicitatis et innocentie purita
te perficitur. iacienda sunt primum profunde humilitatis inconcussa fundamina,
que scilicet turrem intraturam celos valeant sustinere. Deinde superpo
nenda virtutum spiritalis constructio. et ab omni discursu atque evagatione
lubrica animus inhibendus. ut ita paulatim ad contemplationem dei ac
spiritales intuitus incipiat sublimari. Quicquid enim ante orationis horam
anima nostra conceperit, necesse est ut hoc orantibus nobis per ingestionem
recordationis occurrat. Quam ob rem quales orantes volumus inveniri,
tales nos ante orationis tempus preparare debemus. Ex precedenti enim statu
mens in supplicatione formatur. eorundemque actuum precedentibus nobis ad
precem, verborum quoque vel sensuum ante oculos imago preludens, aut irasci nos secundum
precedentem qualitatem aut tristari, aut concupiscentias causasve preteri
tas retractare, aut risu fatuo quod etiam pudet dicere cuiusque scurrilis dic
ti titillatione pulsari, aut ad priores facit volitare discursus. Et id
circo quicquid orantibus nobis nolumus irrepere, ante orationem de ady
tis nostri pectoris extrudere festinemus. ut illud apostolicum possimus im
plere. Sine intermissione orate. Et in omni loco levantes puras manus sine ira
et disceptatione. Aliter namque mandatum istud perficere non valebimus nisi
mens nostra ab omni vitiorum purificata contagio, virtutibus tantum ve
lut naturalibus bonis dedita iugi omnipotentis dei contemplatione pascatur.
Etenim qualitas anime non inepte subtilissime plume seu penne le
vissime comparatur. Que si humoris cuiuspiam extrinsecus accedentis cor
ruptione vitiata non fuerit vel infusa. mobilitate sue substantie
tenuissimi spiritus adiumento velut naturaliter ad sublimia celestiaque
sustollitur. Sin vero humoris cuiusquam aspergine vel infusione fuerit pregra
vata, non tantum in nullos aerios volatus naturali mobilitate raptabitur, verum
etiam ad ima terre concepti humoris pondere deprimetur. Ita mens quoque
nostra si accedentibus vitiis curisque mundanis adgravata non fuerit
noxie vel libidinis humore corrupta, velut naturali puritatis sue
beneficio sublevata levissimo spiritalis meditationis afflatu sub
limatur ad superna, et humilia deserens atque terrena ad illa celestia
et invisibilia transfertur. Unde proprie satis preceptis dominicis amonemur.

Videte ne quando grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis secula
ribus. Et idcirco si uolumus orationes nostras non solum celos sed etiam que super celos
sunt penetrare. curemus mentem ab omnibus terrenis uitiis expurgatam cunc
tisque mundatam fecibus passionum. ad sullimitatem perducere naturalem.
ut ita ad deum oratio eius nullo uitiorum pondere pregrauata con
scendat. Notandum tamen quibus ex causis grauari mentem dominus desig
nauerit. Non enim adulteria. non fornicationes. non homicidia. non blasphe
mias. non rapinas. que mortalia esse et dampnabilia nullus ignorat.
sed crapulam posuit et ebrietatem et curas siue sollicitudines seculares.
que in tantum nemo hominum mundi huius cauet aut dampnabilia
iudicat. ut etiam non nulli quod pudet dicere semet ipsos monachos
nuncupantes. isdem ipsis distentionibus uelut innoxiis et utilibus im
plicentur. Que tria licet secundum litteram perpetrata aggrauent animam
atque a deo separent ac deprimant ad terrena. est tamen eorum facilis
declinatio. et maxime nobis qui tam longa remotione ab omni seculi
huius conuersatione disiungimur. et istis uisibilibus curis et ebrietatibus et
crapulis nulla penitus occasione miscemur. Uerum est alia quoque crapu
la non minus noxia. et ebrietas spiritualis difficilius euitanda. Cura quoque
ac sollicitudo secularis. que nos etiam post omnium facultatum nostrarum perfec
tam renuntiationem. et uini epularumque cunctarum continentiam etiam
in solitudine constitutos frequenter inuoluunt. De quibus propheta.
Expergiscimini inquit qui ebrii estis. et non a uino. Alius quoque. Obstu
pescite et admiramini. fluctuate et uacillate. inebriamini
et non a uino. mouemini et non ebrietate. Cuius ebrietatis uinum
consequenter necesse est. ut secundum prophetam furor draconum sit.
Ipsiusque uini de qua radice procedat. aduerte. Ex uinea inquit
sodomorum uitis eorum. et sarmenta eorum ex uinea gomorre.
Uis etiam fructum istius uitis. atque sarmenti germen agnoscere. Uua
eorum uua fellis. et botrus amaritudinis. Que omnia nisi fuerimus
cunctis uitiis expurgati. et ab omnium passionum crapula so
brii. absque ebrietate uini epularumque omnium affluentia.
erit cor nostrum ebrietate et crapula magis noxia pregra
uatum. Nam quia seculares cure etiam in nos qui nullis actibus mundi

istius admiscemus· cadere non nunquam possunt· manifesta ratione
monstrat· secundum regulam seniorum· quicquid necessitatem uictus cotidi-
ani & ineuitabilem usum carnis excedit· ad secularem definierunt
curam & sollicitudinem pertinere· Ut uerbi gratia si cum possit spatio unius
solidi necessitatem nostri corporis expedire· ad duorum uel trium solidorum ad-
quisitionem nosmet ipsos propensiore uelimus opere ac labore distendere·
& cum duarum uel arum sufficiat tunicarum ad usum scilicet noctis ac diei·
trium uel quatuor fieri domini peruerimus· Cumque unius siue duarum habitatio
sufficiat cellularum· ambitione secularis atque amplitudine delectati quatuor
seu quinque cellas & has easdem exquisiti ornatus & capaciores quam usus de-
siderat extruamus· passionem libidinis mundialis in quibus possumus profe-
rentes· Quod non sine instinctu demonum fieri· manifestissima nos
experimenta docuerunt· Nam quidam probatissimus seniorum cum transiret iuxta cel-
lam cuiusdam fratris hac animi quam diximus egritudine laborantis· ut
pote qui in extruendis reparandisque superfluis inquietus cotidianis distentionibus
desudaret· & eminus conspexisset eum graui malleo saxum durissimum
conterentem· uidissetque ethiopem quendam astantem illi & una cum eodem ictus
mallei iunctis consertisque manibus illidentem· eumque ad operis illius instan-
tiam ignitis facibus instigantem· diutissime substitit· uel impressione di-
rissimi demonis uel fraudem tante illusionis admirans· Cum enim nimia
lassitudine fatigatus frater requiescere iam & finem operi uoluisset inponere·
instigatione spiritus illius animatus· tamen resumere malleum nec desinere ab
intentione cepti operis urgebatur· ita ut idem eius incitamentis infatigabi-
liter sustentatus tanti laboris non sentiret iniuriam· Tandem igitur senex tam di-
ra demonis ludificatione permotus ad cellam fratris deuertit· salutansque eum·
quod inquit est frater istud opus quod agis? At ille; laboramus at contra istud du-
rissimum saxum· uixque illud potuimus aliquando conterere· Ad hec senex·
Bene dixisti potuimus· Non enim solus eras cum illud cederes· sed fuit alius
tecum quem non uidisti· qui tibi in hoc opere non tam adiutor quam uiolentus impul-
sor astabat· Et idcirco morbum ambitionis secularis nostris inesse mentibus non inesse·
non itaque eorum tantum negotiorum abstinentia comprobabitur· que etiam
si uelimus expetere uel explere non possumus· neque illarum despectus rerum
quas si affectauerimus· quasi apud sancti homines notabiles prima fronte — s tam apud spiritales uiros

reddemus: scilicet cum etiam illa que nostre suppetunt potestati et honestate quadam videntur obnubi, rigida nostri districtione respuimus. Et revera non minus hec que parva videntur et minima, queque ab his qui nostre professionis sunt cernimus indifferenter admitti, pro qualitate sua adgravant mentem, quam illa maiora que secundum statum secularium sensus inebriare consueverunt, non sinentes deposita fece terrena ad deum, in quo semper defixa esse debet intentio monachi, respirare. Cui ab illo summo bono vel parva separatio mors presens ac perniciosissimus interitus est credendus. Cumque mens tali fuerit tranquillitate fundata vel ab omnium carnalium passionum nexibus absoluta, et illi uni summoque bono tenacissima adheserit cordis intentio, apostolicum illud implebit: Sine intermissione orate. Et: In omni loco levantes puras manus sine ira et disceptatione. Hac enim puritate, si dici potest, sensu nostri absorto ac de terreno situ ad spiritalem atque angelicam similitudinem reformato, quicquid in sese receperit, quicquid tractaverit, quicquid egerit, purissima ac sincerissima erit oratio.

Germanus. Utinam similiter atque eadem facilitate qua semina spiritalium cogitationum plerumque concipimus, etiam perpetuitate earum possidere possemus. Cum enim fuerint sive per memoriam scripturarum seu per recordationem spiritalium quorumque actuum vel certe per intuitum sacramentorum celestium in corde concepte, insensibili fuga quadam lapse quantocius evanescunt. Cumque alias quaslibet occasiones spiritalium sensuum mens nostra repperit, rursus aliis interveniientibus ipse quoque que adprehense fuerant lubrica volubilitate diffugiunt, ita ut nullam constantiam sui retinens animus nec potestate propria sanctarum cogitationum possidens firmitatem, etiam tunc cum eas videtur utcumque retinere, fortuitu illas et non de industria concepisse credatur. Quomodo enim ortus earum nostro arbitrio putabitur adscribendus, quarum perseverantia non consistit in nobis? Sed ne forte sub huius questionis indagine a cepte narrationis ordine longius evagantes expositionem propositam super orationis statu diutius retardemus, suo hanc tempori reservantes de qualitate orationis instantissime quesumus informari, presertim cum nullo tempore nos ab ea cessare beatus apostolus moneat dicens: Sine intermissione orate. Et ideo

primum de qualitate eius desideramus instrui. id est quid debeat emitti separatis. deinde qualiter hanc eandem quecumque est possidere vel exercere sine intermissione possimus. Non enim parua cordis intentione eam perfici posse et experientia cotidiana et perfectio tue sanctitatis ostendit. qui finem monachi ac totius perfectionis culmen in orationis consummatione consistere definisti.

Isaac.

Vniuersas orationum species. absque ingenti cordis atque animi puritate et illuminatione sancti spiritus arbitror conprehendi non posse. Tot enim sunt, quot in anima una immo in cunctis animabus status queunt qualitatesque generari. Et ideo licet sciamus nos pro hebitudine cordis nostri uniuersas orationum species non posse perspicere. tamen in quantum mediocritas experientie nostre assequi preualuerit. digerere eas utcumque temptabimus. Secundum mensuram namque puritatis in qua mens unaqueque proficit. et qualitate status in quo vel ex accedentibus inclinatur vel per suam renouatur industriam. ipse quoque momentis singulis reformantur. Et ideirco uniformes orationes emitti semper a nemine posse certissimum est. Aliter enim quisque supplicat cum alacer est. aliter cum tristitie seu desperationis pondere pregrauatur. aliter cum spiritalibus successibus uiget. aliter cum inpugnationum mole deprimitur. aliter cum ueniam peccatorum. aliter cum adquisitionem gratie seu cuiuslibet uirtutis exposcit. vel certe extinctionem cuiuscumque uitii deprecatur. aliter cum consideratione gehenne ac futuri iudicii timore conpungitur. aliter cum spe futurorum bonorum desiderioque flammatur. Aliter cum in necessitatibus ac periculis. aliter cum in securitate ac tranquillitate uersatur. Aliter cum sacramentorum celestium reuelationibus illustratur. aliter cum sterilitate uirtutum ac sensuum ariditate constringitur. Et ideirco his super orationum qualitate digestis licet non quantum exposcit materie magnitudo. sed quantum vel temporis admittit angustia. vel certe capere tenuitas ingenii nostri et cordis preualet hebitudo. maior nobis nunc imminet difficultas. ut ipsas singillatim orationum species exponamus. quas apostolus quadripertita ratione distinxit ita dicens. Deprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. Que non inaniter ab apostolo ita fuisse diuisa minime dubitandum est. Et primitus indagandum. quid obsecratione. quid oratione. quid postulatione. quid gratiarum actione signetur.

Deinde perquirendum utrum hec quatuor species ab orante sint pariter assumende· id est ut omnes simul in unaquaque supplicatione iungantur· an uicissim singillatimque sint offerende· Ut puta nunc quidem obsecrationes· nunc uero orationes· nunc autem postulationes seu gratiarum actiones oporteat promi· an certe alius quidem obsecrationes· alius uero orationes· alius uero postulationes· alius gratiarum actiones deo debeat exhibere· secundum mensuram scilicet etatis sue· in qua unaqueque mens pro intentionis proficit industria.

Et ideo primum proprietates ipse sunt nominum uerborumque tractande ac discutiendum quid inter orationem et obsecrationem· ac postulationem· seu gratiarum actionem intersit· Deinde similiter perscrutandum utrum sigillatim sint an pariter exhibende· Tertio indagandum· utrum etiam ipse ordo qui ita est apostoli auctoritate dispositus· aliquid amplius instruat auditorem· an simpliciter accipienda sit ista distinctio· et indifferenter putanda sit ab illo taliter fuisse digesta· quod mihi satis uidetur absurdum. Non enim credendum est aliquid transitorie· ac sine ratione spiritum sanctum per apostolum protulisse· Et idcirco eodem quo cepimus ordine· prout dominus donauerit singula retractemus· Deprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes.

Obsecratio· imploratio est· seu peticio pro peccatis· qua uel pro presentibus uel pro preteritis admissis suis unusquisque compunctus ueniam deprecatur.

Orationes sunt quibus aliquid offerimus· seu uouemus deo· quod grece dicitur ΕΥΧΗ· id est uotum· Nam ubi dicitur in greco ΤΑϹ· ΕΥ ΧΑϹ· ΜΟΥ ΤΩ ΚΩ· ΑΠΟΔΩϹΩ· in latino legitur· uota mea domino reddam· quod secundum proprietatem uerbi ita exprimi potest· Orationes meas domino reddam· Et illud quod legimus in ecclesiaste· si uoueris uotum ne moram feceris reddere illud· In greco similiter scribitur· ΕΑΝ ΕΥΧΑ· ΕΥΧΗ ΤΟ ΚΩ —; id est si oraueris orationem domino ne moram feceris reddere illam· Que ita ab unoquoque nostrum implebitur· Oramus cum renuntiantes huic mundo spondemus nos mortificatos cunctis actibus et conuersatione mundana tota cordis intentione domino seruituros· Oramus cum pollicemur seculari honore contempto ac terrenis opibus spretis in omni contritione cordis ac paupertate spiritus nos domino cohesuros· Oramus cum promittimus nos purissimam corporis castitatem seu inmobilem patientiam exhibituros esse perpetuo· uel cum de corde nostro radices ire siue tristicie mortem

operantes uotorum funditus eruendas. Quae cum desidia resoluti atque ad antiqua uitia recurrentes minime fecerimus, etiam orationum nostrarum ac uotorum rei dicetur que de nobis: Melius est non uouere quam uouere et non reddere. Quod secundum grecum dici potest. Melius est non orare quam orare et non reddere. Tertio loco ponuntur postulationes quas pro aliis quoque dum sumus in feruore spiritus constituti solemus emittere. uel pro caris scilicet nostris uel pro totius mundi pace poscentes. et ut ipsius apostoli uerbis eloquar. cum pro omnibus hominibus pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt supplicamus.

Quarto deinde loco gratiarum actiones ponuntur. quas mens uel cum preterita dei beneficia recolit. uel cum presentia contemplatur. seu cum in futurum quae et quanta deus preparauerit his qui diligunt eum prospicit. per ineffabiles excessus domino refert. Qua etiam intentione nonnumquam preces uberiores emitti solent. dum illa quae reposita sunt in futuro sanctorum premia purissimis oculis intuendo. ineffabiles deo gratias cum immenso gaudio spiritus noster instigatur effundere. Ex quibus quattuor speciebus licet nonnumquam soleant occasiones supplicationum pinguium generari. nam et de obsecrationis specie quae de conpunctione nascitur peccatorum. et de orationis statu quae de fiducia oblationum et consummatione uotorum pro conscientiae profluit puritate. et de postulatione quae de caritatis procedit affectu. et de gratiarum actione quae beneficiorum dei et magnitudinis ac pietatis eius consideratione generatur. feruentissimas sepissime nouimus preces ignitasque prodire. et omnes has quas prediximus species omnibus hominibus utiles ac necessarias inueniri. ita ut in uno eodemque uiro nunc quidem obsecrationum. nunc autem orationum. nunc postulationum puras ac feruentissimas supplicationes uariatus emittat affectus. tamen prima ad incipientes uidetur peculiarius pertinere. qui adhuc uitiorum suorum aculeis ac memoria remordentur. Secunda ad illos qui in profectu iam spiritali appetituque uirtutum quadam mentis sublimitate consistunt. Tertia ad eos qui perfectionem uotorum suorum operibus adimplentes. intercedere pro aliis quoque consideratione fragilitatis eorum et caritatis studio prouocantur. Quarta ad illos qui iam penali conscientiae spina de cordibus euulsa. securi iam munificentias domini ac miserationes quas uel in preterito tribuit uel in presenti largitur uel preparat in futurum mente purissima retractantes. ad illam ignitam et quae ore hominum nec comprehendi nec exprimi

potest oratione ferventissimo corde raptante. Ita nunquam tamen mens que in
illum verum puritatis profecerit affectum, atque in eo iam ceperit radicari, solet hec
omnia simul pariter que concipiens atque in modum cuiusdam incomprehensibilis
ac rapacissime flamme cuncta pervolitans, ineffabiles ad deum preces puris-
simi vigoris effundere. quas ipse spiritus interpellans gemitibus inenarrabilibus
ignorantibus nobis emittit ad deum. tanta scilicet illius hore momento con-
cipiens, et ineffabiliter in supplicatione profundens, quanta non dicam ore per-
rere, sed ne ipsa quidem mente valeat alio tempore recordari. Et inde est quod
in qualibet mensura quis positus, non numquam puras intentasque preces invenitur emit-
tere. quia et de illo primo et humili ordine qui est super recordatione fu-
turi iudicii. is qui adhuc sub terroris est pena ac metu examinis constitutus
ita ad horam compungitur. ut non minore spiritus alacritate de obsecrationis
pinguedine repleatur. quam ille qui per puritatem cordis sui munificentias dei
perlustrans atque percurrens, ineffabili gaudio leticiaque resolvitur. Incipit
enim secundum sententiam domini plus diligere, quia sibi meminit ampliora cognos-
cit indulta. Tamen expetende sunt nobis per profectum vite consummatio-
nemque virtutum ille potius supplicationum species. que vel de contemplatione fu-
turorum bonorum vel de caritatis ardore funduntur. Seu certe ut humi-
lius et secundum incipientium mensuram loquar, pro adquisitione quarumcumque vir-
tutum. seu vitii cuiuslibet extinctione generantur. Aliter enim ad illa sub-
limiora que prediximus supplicationum genera pervenire nullatenus po-
terimus, nisi per ordinem postulationum istarum sensim mens nostra fuerit gra-
datimque provecta. Has quattuor supplicationum species ita etiam
dominus exemplo suo initiari, nobis dignatus est. ut in hoc quoque impleret illud quod
de se ipso dicitur. que cepit ihesus facere et docere. Nam obsecrationis genus
assumit cum dicit. pater si possibile est transeat a me calix iste. Vel
illud quod ex persona eius cantatur in psalmo. Deus deus meus respice in me quare me de-
liquisti. et alia his similia. Oratio est cum dicit. Ego clarificavi te super
terram. opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Sive illud. Et pro eis sanctifico
me ipsum. ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Postulatio est cum dicit. pater
quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum. ut videant gloriam
meam quam dedisti mihi. Vel certe cum dicit. pater ignosce illis. non enim sciunt
quid faciunt. Gratiarum actio est cum dicit. Confiteor tibi pater domine celi et terre

quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Ita pater.
quia sic fuit placitum ante te. Vel certe cum dicit. Pater gratias ago tibi. quoniam audisti
me. Ego autem sciebam quia semper me audis. Que tamen quatuor supplicationum
genera. licet singillatim ac diuerso tempore secundum illum quem conprehendimus mo
dum idem dominus noster distinxerit offerenda. tamen etiam simul ea in supplicatio
ne perfecta conprehendi posse identidem suis ostendit exemplis. per illam scilicet orati
onem quam ad finem euangelii secundum iohannem legimus eum copiosissime profudisse. Ex
cuius textu quia longum est uniuersa percurri. diligens inquisitor hec ita esse lecti
onis ipsius serie poterit edoceri. Quem sensum apostolus quoque in epistola ad philippen
ses. has quatuor supplicationum species aliquantum inmutato ponens ordine
euidenter expressit. ostenditque debere eas nonnumquam simul sub ardore unius
supplicationis offerri. ita dicens. Sed in omni oratione et obsecratione cum
gratiarum actione postulationes uestre innotescant apud deum. Per quod uoluit
nos in hoc specialius erudire. quod et in oratione et obsecratione gratiarum ac
tio debeat cum postulatione misceri. Hec itaque supplicationum
genera sublimior adhuc status ac precelsior subsequitur. qui contemplatione dei
solius et caritatis ardore formatur. per quem mens in illius dilectionem reso
luta atque reiecta. familiarissime deo uelut patri proprio peculiari pi
etate colloquitur. Quem statum debere nos diligenter expetere. formula domini
ce orationis instituit ita dicens. Pater noster. Cum ergo uniuersitatis deum ac dominum
patrem nostrum esse uoce propria confitemur. profecto de conditione seruili
in adoptionem filiorum nos profitemur assertos cum dicimus. Pater noster. Adici
entes deinde qui es in celis. istius commorationem uite presentis quam in hac degimus
terra. uelut peregrinam atque a nostro patre nos longissime separantem to
to horrore uitantes. ad illam potius regionem in qua patrem nostrum commorari
fatemur summo desiderio properemus. nichilque admittamus eiusmodi quod in
dignos nos a nostra professione ac nobilitate tante adoptionis efficiens.
et hereditate paterna uelut degeneres priuet. et iram nos faciat iusti
cie eius ac seueritatis incurrere. In quem filiorum ordinem gradumque pro
uecti illa continuo que est in bonis filiis pietate flagrabimus. ut
iam non pro nostris utilitatibus. sed pro nostri patris gloria totum inpendamus affectum.
dicentes ei. Sanctificetur nomen tuum. nostrum desiderium. nostrum gaudium. gloriam
nostri patris esse testantes. imitatores effecti illius qui dixit. Qui a semet ipso

loquitur gloriam propriam querit. qui autem querit gloriam eius qui misit illum, hic verax est et
iniustitia in eo non est. Denique vas electionis hoc replet affectu ut etiam anathema fieri
optat a Christo, dum in eius familia multiplex adquiratur et ad gloriam sui patris salus
totius israhelitice plebis accrescat. Securus enim optat interire pro Christo, qui novit nemi-
nem mori posse pro vita. Et tamen: Gaudemus inquit quando nos infirmi sumus, vos autem po-
tentes estis. Et quid mirum si vas electionis pro Christi gloria et fratrum suorum conversione gentisque
privilegio anathema fieri optat a Christo, cum Micheas quoque propheta velit se mendacem fieri
et ab inspiratione sancti spiritus alienum, dum in plagas illas et captivitatis exitia que sua
vaticinatione predixerat plebs iudaice nationis evadat. Utinam inquit non essem
vir habens spiritum et mendacium potius loquerer. Ut pretermittam illum legislatoris
affectum, qui cum fratribus suis etiam periuris non renuit interire dicens: Obsecro domine
peccavit populus iste peccatum magnum: aut dimitte eis hanc noxam, aut si non fa-
cis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Potest autem congrue satis illud quod
dicitur: sanctificetur nomen tuum, etiam taliter accipi: Sanctificatio dei nostra perfectio est. Itaque dicen-
tes ei sanctificetur nomen tuum, aliis verbis hoc dicimus: Tales nos facito pater, ut sancti-
ficationem tuam vel intelligere quanta sit vel capere mereamur. Vel certe in nostra conver-
satione spiritali sanctus appareas. Quod tunc efficaciter impletur in nobis, quando vident ho-
mines opera nostra bona et glorificant patrem nostrum qui est in celis. Secunda petitio
mentis purissime advenire iam iamque regnum sui patris exoptat. Vel istud scilicet quo
cotidie Christus regnat in sanctis. quod ita fit cum diaboli imperio per extinctionem fetentium
vitiorum de nostris cordibus pulso, deus in nobis per virtutum bona flagrantiam ceperit
dominari. et devicta fornicatione castitas, fugato furore tranquillitas, calcata
superbia humilitas in nostra mente regnaverit. Vel certe illud quod prestituto
tempore omnibus est perfectis ac dei filiis generaliter repromissum, in quo eis dicitur a Christo: Ve-
nite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione
mundi. intentis illuc quodammodo obtutibus ac defixis desiderans et expectans
dicensque ad eum: Veniat regnum tuum. Novit enim testimonio conscientie sue
cum apparuerit mox eius se futurum esse consortem. Hec enim dicere vel optare cri-
minosorum nullus audebit, quia nec videre tribunal iudicis volet, quisque sui
adventu eius non palmam nec premia suis meritis, sed penam novit repensandam.
Tertia supplicatio filiorum est: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Non
potest esse iam maior oratio, quam optare ut terrena mereantur equari
celestibus. Nam quid est aliud dicere fiat voluntas tua sicut in celo

et in terra quia ut sint homines similes angelis. et sic voluntas dei ab illis im-
pleretur in caelo. ita etiam hi qui in terra sunt non suam sed eius universi faciant voluntatem. Hoc
quoque nemo ex affectu dicere praevalebit. nisi solus qui deum credit omnia quae
videntur vel adversa vel prospera pro nostris utilitatibus dispensare. magisque eum pro suorum sa-
lute et commodis providum atque sollicitum quam nos ipsos esse pro nobis. Vel certe taliter
accipiendum. Voluntas dei salus omnium est. secundum illam beati pauli sententiam. qui
omnes homines vult salvos fieri. et ad agnitionem veritatis venire. De qua etiam
voluntate. Ysaias propheta ex persona dei patris. et omnis inquit voluntas mea fiet. Di-
centes quoque ei. Fiat voluntas sic in caelo et in terra. hoc eum aliis verbis oramus. ut sicut hi
qui in caelo sunt. ita omnes qui in terra consistunt tua pater agnitione salventur.
Deinde. panem nostrum. ΕΠΙ ΟΥCΙΟΝ id est supersubstantialem da nobis hodie.
Quod alius evangelista cotidianum dixit. Illud nobilitatis ac substantiae
eius significat qualitatem. qua scilicet super omnes substantias sit. atque omnes creaturas
sublimitas magnificentiae eius ac sanctificationis excedat. hoc vero proprietatem usus
ipsius atque utilitatis expressit. Nam cum dicit cotidianum. ostendit quod sine ipso
nullo die spiritalem vitam carpere valeamus. Cum dicit hodie. ostendit eum cotidie
esse sumendum. et hesternam perceptionem eius non sufficere. nisi nobis hodie quoque similiter
fuerit attributus. omni quoque nos tempore hanc orationem debere profundere. indigentia eius
cotidiana commoneat. quia non est dies quo non sit opus nobis huius esu ac perceptione cor inte-
rioris nostri hominis confirmare. licet istud quod dicitur hodie. et ad praesentem vitam pos-
sit intelligi. id est dum in hoc saeculo commoramur. praesta nobis hunc panem. Novimus enim
eum his qui meruerint. a te et in futuro esse praestandum. sed rogamus ut eum nobis ho-
die largiaris. quia nisi eum percipere quis in hac vita meruerit. in illa eius particeps
esse non poterit. Et dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris. O ineffabilis dei clementia. quae non solum nobis orationis tradidit formam. et accep-
tabilem sibi morum nostrorum instituit disciplinam. ac per necessitatem traditae formulae qua
se praecepit a nobis semper orari. iracundiae pariter ac tristitiae evellit radices. sed etiam rogan-
tibus occasionem tribuit. eisque reserat viam qua clemens ac pium erga se provocent
dei iudicium promulgari. et quodammodo potestatem tribuit. qua iudicis nostri possimus sen-
tentiam temperare. ad veniam delictorum nostrorum exemplo eum nostrae remissionis ar-
tantes. dum dicimus ei. Dimitte nobis. sicut et nos dimittimus. Itaque securus huius
orationis fiducia de suis admissis veniam postulabit. quisque remissus erga
suos dumtaxat. non erga domini sui extiterit debitores. Solemus etenim non nulli

qđ ē· deteriuˢ erga illa quidem que admittunt̃ ad iniuriā dī quāuis mi
norū sint criminū, placidos nos & clementissimos exhibe· erga uīrarū ūr par
uissimarū offensionū debita, exactores immites atq; inexorabiles inuenim̃.
Quisquis ḡ in se delinquenti frī n̄ ex corde remiserit· n̄ indulgentiā sed
condēpnationē deprecatione hac, sibimet impetrabit· sua q; pfessione semet ipsū
poscet dirius iudicari dicens· Remitte m̄· sic & ego remisi· Et cū illi
secđm suā peticionē fuerit repensatū· q̄d aliud subsequet̃· q̄ ut exem
plo suo implacabili ira & remissa sententia puniat̃. Ideo q; si clementer uo
lum̄ iudicari· nos qq; erga illos q̄ in nos deliquer̄· oportet esse clemē
tantū eni remittet̃ nob· quantū nos remiserim̄ eis q̄ nob̄ q̄cunq; maligni
tate nocuer̄· Et formidantes n̄nulli cū ī ecclā hec oratio ab uniuersa
plebe cāntt· hunc locū tacite ptermittunt· ne scilicet semet ipsos obli
gare potiū q̄ excusare sua pfessione uideant̃· n̄ intelligentes qđ frustra
cauillationes has iudici omniū ptendē moliant̃· q̄ quemadmodū iudi
caturus sit supplicib; suis uoluit p̄monstrare· Dū eni erga eos n̄ uult imi
atq; inexorabil' inueniri· formā sui iudicii designauit· ut quēadmodū
nos ab illo iudicari cupim̄· ita nostros fratres si qđ ī nos deliquer̄ iudicem̄.
q̄a iudiciū sine miscdia ei q̄ n̄ fecit miscdiā· Deinde seq̄t· Et ne nos
inducas ī teptatione· De q̄ n̄ minima nascit̃ questio· Si eni oram̄ ne pmit
tam̄ teptari· & unde erit ī nob uirt constantię cōpbanda scđm illam
sententiā· omis uir q̄ n̄ est teptat· n̄ est pbat. Non ḡ hoc sonat ne in
ducas nos ī teptatione· idēst n̄ pmittas nos aliq̄ndo teptari· s; ne pmittas nos
ī teptatione positos supari· Teptat ē· eni iob· s; n̄ ē· induct ī teptationē· N̄
eni dedit insipientiā dō· nec ad illā ad quā trahebat̃ teptatoris uolun
tate· ore impio blasphemū intrauit· Temptat ē· abrahā· teptat ē iosep
s; neutr̄ eorū induct est ī teptationē· q̄a nullū eorū consensū prebuit
teptatori· Item q; seq̄t· Sed liba nos a malo· Id ē· ne pmittas nos a diabolo
teptari supra id qđ possum̄· s; fac cū teptatione & exitū· ut sustinere
possimus· Videtis ḡ qualis ab ipso q̄ p illā exorandus est iudice
orationis sit modus & forma pposita· in q̄ nulla diuitiarū petitio·
nulla memoria dignitatū nulla potentat ac fortitudinis postulatio·
nulla corporeę sanitatis seu tempal' uitę intio continet̃· Nichil eni
caducū uult a se· nichil uile· nichil tempale· generatū conditor

implorari. Itaque magnificentiae eius ac munificentiae maximam irrogabit iniuriam. quisquis his sempiternis petitionibus praetermissis transitorium aliquid et caducum ab eo maluerit postulare. et offensam potius quam propitiationem iudicis sui uilitate orationis incurret.

Haec igitur oratio licet omnem uideatur perfectionis plenitudinem continere. utpote quae ipsius domini auctoritate uel initiata sit uel statuta. prouehit tamen domesticos suos ad illum praecelsiorem quem superius commemorauimus statum. eosque ad illam igneam ac per paucis cognitam uel expertam immo ut proprius dixerim ineffabilem orationem gradu eminentiore perducit. quae omnem transcendens humanum sensum nullo non dicam sono uocis uel linguae motu nec ulla uerborum pronuntiatione distinguitur. sed quam mens infusione caelestis illius luminis inlustrata. non humanis atque angustis designat eloquiis. sed conglobatis sensibus uelut de fonte quodam copiosissimo effundit ubertim atque ineffabiliter eructat ad dominum. tanta per mens in illo breuissimo temporis puncto. quanta nec eloqui facile nec percurrere mens in semet ipsam reuersa praeualeat. Quem statum dominus quoque noster illarum supplicationum formula quas uel solus in monte secedens uel tacite fudisse describitur similiter figurauit. cum in orationis agonia constitutus. etiam guttas sanguinis inimitabili intentionis profudit exemplo.

Quis uero possit diuersitates et causas ipsas atque origines conpunctionum quantalibet experientia praeditus sufficienter exponere. quibus inflammata mens atque succensa ad orationes puras ac feruentissimas incitatur. quarum pauca quantum poterimus ad praesens per inluminationem domini reminisci. exempli gratia proponemus. Nonnumquam enim psalmi cuiuscumque uersiculus occasionem orationis ignitae decantantibus nobis praebuit. Interdum canora fraternae uocis modulatio. ad intentam supplicationem stupentium animos excitauit. Nouimus quoque distinctionem grauitatemque psallentis etiam astantibus plurimum contulisse feruoris. Nec non exortatio uiri perfecti et collatio spiritalis. frequenter ad uberrimas preces iacentium erexit affectum. Scimus etiam fratris seu cari cuiuslibet interitu non minus nos ad plenam conpunctionem fuisse raptos. Recordatio quoque teporis ac neglegentiae nostrae nonnumquam nobis salutarem spiritus inuexit ardorem. Atque in hunc modum nulli dubium est. occasiones innumeras non deesse. quibus per dei gratiam tepor ac somnolentia nostrarum mentium ualeat excitari.

Quemadmodum uero uel quibus modis

ipſe
iſtę conpunctioneſ de intimiſ animę conclauib; pferunt. n̄ minoriſ difficul
tatiſ eſt indagare; frequent̄ enī p ineffabile gaudiū & alacritatē ſpē ſalu
berrimę cōpunctioniſ fruct9 emergit. ita ut etiā i clamoreſ q̊ſdā intolerabil
gaudii immēſitate prūpat. & cellā uicini iocunditta corđ & exultationiſ
penetret magnitudo. N̄ nūq̄ ū tanto ſilentio menſ intra ſecretū pfunde
taciturnitatiſ abſcondit̄. ut omnē penit9 ſonū uociſ ſtupor ſubitę illumi
nationiſ includat. omīſq; ſenſ9 attonit9 ſpē t continet intrinſec9 t admi
tat. ac deſideria ſua gemitib; inenarrabilib; effundat ad dm̄. Interdū ū
tanta cōpunctioniſ abundantia ac dolore ſupplet̄. ut aliāſ eā digeri
n̄ lacrimarū euaporatione n̄ poſſit. Germanus. Hunc eūdē
cōpunctioniſ affectū ex parte aliq̄ mea q̊q; exiguitaſ n̄ ignorat. frequen
t̄ enī recordatione delictorū meorū obortiſ lacrimiſ ita ſū hoc inef
fabili ut pfat9 eſ gaudio uiſitante dn̄o uegetat9. ut deſpare me
illorū ueniā n̄ debē letitię ipſiuſ magnitudo dictaret. Quo ſtatu
reor nihil eſſe ſublimiuſ. ſi repatio ei n̄ro ſubiaceret arbitrio. Illā
n̄ nūq̄ cupienſ ad ſimilē me lacrimarū conpunctionē totiſ uirib; ex
tare. omīſq; erroreſ meoſ atq; peccata ante ocłoſ ſtatuenſ. uber
tatē illā fletuū reuocare n̄ poſſū. & ita ocłi mei i modū cuiuſdā duriſ
ſimę ſilicis pdurant. ut nulla prſuſ ex eiſ humoriſ gutta diſtille
&. Et ideo q̄ntū m̄ i illa lacrimarū pfuſione cōgaudeo: tantū doleo. qđ illā cū
uoluero recuperare n̄ ualeā. Iſaac. N̄ omiſ lacrimarū pfuſio
uno affectu t una uirtute depmit̄. Aliter enī ille emanat flet9 qui pec
catorū ſpina cor n̄rm cōpungente pfert̄. de q̊ dr̄. Laboraui in
gemitu meo. lauabo p ſingłaſ nocteſ lectū meū. lacrimiſ meiſ
ſtratū meū rigabo. & itē. Deduc q̄ſi torrentē lacrimaſ p diē & p
noctē & n̄ deſ reqē t. neq; taceat pupilla ocłi tui. Aliter autē q̄ de cōtēpla
tione ęternorū bonorū. & deſiderio futurę illiuſ claritatiſ exorit̄. p q̄
etiā uberioreſ lacrimarū fonteſ de itolerantia gaudii & alacri
tatiſ immēſitate prūpunt. dū ſitit anima n̄ra ad dm̄ fontē uiuū. q̄n
do ueniā & apparebo ante conſpectū di. Fuer̄ m̄ lacrimę mee pa
neſ die ac nocte. cū eiulatu cotidie & lamentatione pclamante. Heu
m̄. q̄d incolat9 meuſ plongat9 ē. & multū incola fuit anima mea.
Aliter pfluunt lacrimę. que abſq; ulla q̄dē letaliū criminū cōſcientia

qn̄do ueniat
pparere. añ cōſpectū di,

sed tantum de metu gehennę. et terribilis illius iudicii recordatione proce-
dunt. Cuius terrore propheta perculsus orat ad dominum. Non intres in iudi-
cio cum servo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens. Est etiam aliud lacrimarum genus. quod non pro sua conscientia
sed pro aliena duritia peccatisque generatur. quo samuel saulem. quo illam quoque ci-
vitatem ierusalem vel dominus in evangelio. vel in preteritis ieremias flevisse describitur
ita dicens. Quis dabit capiti meo aquam. et oculis meis fontem lacrimarum. et
plorabo in die et in nocte interfectos filię populi mei. Vel certe quales illę sunt lacrimę
de quibus in psalmo centesimo primo canitur. quia cinerem sicut panem manducavi. et po-
culum meum cum fletu miscebam. Quas certum est non illo affectu promi. quo in sexto psalmo
ex persona penitentis emergunt. sed pro anxietatibus vitę huius atque angustiis et erum-
nis. quibus iusti in hoc mundo positi deprimuntur. Quod etiam psalmi ipsius non solum
textus. sed etiam titulus evidenter ostendit. qui ex persona pauperis illius de quo in evangelio
dicitur. beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum cęlorum. ita describitur. Oratio pau-
peris cum anxiatus fuerit. et coram domino fuderit precem suam. Ab his ergo lacrimis multum distant
illę. quę obdurato corde de siccis oculis exprimuntur. Quas licet non penitus infructu-
osas esse credamus. bono enim proposito earum adtemptatur emissio. ab his presertim qui necdum
vel ad scientiam pervenere perfectam. vel preteritorum seu presentium vitiorum potuere ad purum
labe mundari. ab his tamen qui in statum iam transiere virtutum. nequaquam debet hoc modo
extorqueri profusio lacrimarum. nec exterioris hominis magnopere affectandi
sunt fletus. qui etiam si fuerint utcumque producti. numquam pertingere ad illam spontanearum
lacrimarum poterunt ubertatem. Magis enim supplicantis animum suis conatibus
distrahentes humiliabunt atque ad humana demergent. et ab illa celesti sub-
limitate deponent. in qua attonita mens orantis indeclinabiliter debet esse defi-
xa. eamque compellent precum suarum intentione laxata erga steriles et coacticias lacri-
marum guttulas egrotare. Et ut verę orationis percipiatis affectum. non mea
vobis sed beati antonii sententiam proferam. quem ita nonnumquam in oratione novimus
perstitisse. ut eodem in excessu mentis frequenter orante. cum solis ortus cepisset
infundi. audierimus eum in fervore spiritus proclamantem. Quid me impedis sol. Qui
ad hoc iam oriris ut me ab huius veri luminis abstrahas claritate. Cuius etiam hec
quoque est super orationis fine celestis. et plusquam humana sententia. Non est inquit
perfecta oratio. in qua se monachus vel hoc ipsum quod orat non intelligit. Et ut nos
quoque secundum mensuram tenuitatis nostrę huic admirandę sententię super adicere

aliquid audeamus orationis que exauditur a domino, in quantum experti sumus indicia proferemus. Cum orantes nos nulla interpellauerit hesitatio, et fiduciam peticionis nostre quadam desperatione deiecerit, sed obtinuisse nos in ipsa orationis effusione quod poscimus senserimus, non ambigamus preces nostras ad deum efficaciter penetrasse. Tantum enim quis exaudiri atque obtinere merebitur, quantum uel inspici se a deo, uel deum crediderit posse prestare. Inretractabilis namque est domini nostri illa sententia: Quecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et euenient uobis. Germanus. Hanc exauditionis fiduciam nimirum de conscientie puritate credimus emanare. Ceterum nos quorum cor adhuc peccatorum spina conpungit, quemadmodum eam habere possimus, nullis patrocinantibus meritis, quibus exaudiendas orationes nostras fiducialiter presumamus? Isaac. Diuersas exauditionum causas esse secundum animarum diuersum ac uarium statum euangelica siue prophetica testantur eloquia. Habes enim in duorum consensione fructum exauditionis dominica uoce signatum secundum illud: Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quacumque petierint, fiet illis a patre meo qui est in celis. Habes alium in fidei plenitudine, que grano sinapis conparatur: Si enim habueritis, inquit, fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc, et transibit, et nichil impossibile erit uobis. Habes in consuetudine orationis, quam propter indefessam peticionum perseuerantiam importunitatem sermo dominicus nominauit: Amen amen dico uobis, quia si non propter amicitiam, uel propter importunitatem eius surget et dabit ei quantum opus habuerit. Habes in elemosinarum fructu: Include, inquit, elemosinam in corde pauperis, et ipsa exorabit pro te in tempore tribulationis. Habes in emendatione uite et operibus misericordie secundum illud: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, et post pauca quibus infructuosi ieiunii sterilitas castigatur: Tunc, inquit, inuocabis et dominus exaudiet te. Clamabis et dicet: Ecce adsum. Nonnumquam sane exaudiri etiam tribulationum nimietas facit secundum illud: Ad dominum cum tribularer clamaui, et exaudiuit me. Et iterum: Ne affligeritis aduenam, quia si clamauerit ad me exaudiam eum, quia misericors sum. Videtis igitur quot modis obtineatur exauditionis gratia, ut nullus ad inpetranda ea que salutaria sunt et eterna, conscientie sue desperatione frangatur. Ut enim miseriarum nostrarum contemplatione concedam nos omnibus quos

super memoravimus penitus destitutos esse virtutibus, et nec nos illa habere lau-
dabile duorum consensione nec illa fide grano sinapis comparata nec illa opera
pietatis que propheta describit. num vel importunitate que omni volenti suppe-
ditat habere non possumus, per quam etiam sola daturum se dominus quecumque oratus fuerit
repromittit. Et idcirco absque hesitationis infidelitate perseverantibus insistendum est.
obtenturosque nos earum iugitate cuncta que secundum deum poposcerimus minime
dubitandum. Hortatur enim nos dominus volens ea que eterna sunt celestiaque presta-
re. ut eum importunitate nostra quodammodo coartemus. qui importunos non modo non despi-
cit nec refutat, sed etiam invitat et laudat. eisque prestiturum se quecumque perse-
veranter speraverint benignissime pollicetur dicens. Petite et accipietis. Que-
rite et invenietis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit invenit. et pulsan- pulsate et aperietur vobis.
ti aperietur. Et iterum. Omnia quecumque petieritis in oratione credentes
accipietis et nihil impossibile erit vobis. Et idcirco si cuncte exaudi-
tionum quas prediximus cause omnino defuerint. saltim animet importu-
nitatis instantia. que absque ulla vel meriti vel laboris difficultate
in cuiuscumque volentis sita est potestate. Pro certo autem non exaudiendum se
supplicans quisque non dubitet. cum se dubitaverit exaudiri. Quod autem in-
fatigabiliter sit domino supplicandum. etiam illo beati danielis docemur
exemplo. qui exauditus a prima die qua cepit orare. post primum et vicesimum
diem consequitur sue petitionis effectum. Unde nos quoque non debemus a cep-
ta orationum nostrarum intentione cessare. si [illegible] nos [illegible] audiri tardius
senserimus. ne forte aut exauditionis gratia dis- [illegible] pensatione domini
utiliter differatur. aut angelus divinum ad nos bene[illegible] deferatur
a facie omnipotentis egressum resistente demone [illegible] Quem certum est
transmissum muneris desiderium ingerere non posse [illegible] si nos a proposita
petitionis intentione cessare perspexerit. Quod etiam supradicto propheta procul-
dubio accidere potuisset. nisi virtute incomparabili in primum atque vicesimum
diem orationum suarum perseverantiam protelasset. Quod ob huius igitur fidei confiden-
tia nulla penitus desperatione frangamur. cum oratione nostra non statim ob-
tinuisse quod poscimus senserimus. nec hesitemus super domini sponsione
dicentis. Omnia quecumque petieritis in oratione credentes accipi-
etis. Retractare namque nos convenit illa beati iohannis evangeliste sen-
tentiam. qua ambiguitas huius questionis evidenter absolvitur. Hec est.

alio

inquit fiducia quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus secundum uoluntatem eius audit nos. Ergo his tantum plenam nos et indubitabilem iussit exauditionis
super
habere fiduciam. que non nostris commodis nec solatiis temporalibus; sed domini congru-
unt uoluntati. Quod etiam in oratione dominica admiscere precipimur dicen-
tes. Fiat uoluntas tua. scilicet non nostra. Si enim et illud apostoli recordemur
quia quid oremus secundum quod oportet nescimus. intelligimus nos nonnumquam saluti
nostre contraria postulare. et commodissime nobis ab eo qui utilitates nostras
rectius quam nos ac ueracius intuetur ea que poscimus denegari. Quod illi
quoque magistro gentium accidisse non dubium est. cum oraret auferri a se
stimulum satane. qui utiliter ad colafizandum eum appositus fuerat domini uoluntate
dicens. Propter quod ter dominum rogaui. ut discederet a me. et dixit mihi. Suffi-
cit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficitur. Quem sensum dominus etiam im-
orans ex persona hominis assumpti. ut formam quoque orandi nobis quemad-
modum cetera suo preberet exemplo: ita cum oraret expressit. Pater si possibile
est. transeat a me calix iste. Uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu.
utique; cum a patris uoluntate non discreparet uoluntas. Uenerat
enim saluare quod perierat. et dare animam suam redemptionem pro multis.
quod ipse dixit. Nemo tollit a me animam meam. sed ego pono eam a me ip-
potestatem habeo ponendi animam meam. et potestatem habeo iterum su-
mendi eam. Ex cuius persona super unitate uoluntatis sue quam cum patre
iugiter posside dice bat. per beatum quoque dauid in psalmo tricesimo
nono ita abit e cantatur. Ut facerem uoluntatem tuam deus meus. uolui.
et de patre inquit e legimus. Sic enim deus dilexit mundum. ut filium suum
unigenitum mis. h daret. et de filio nichilominus inuenimus. Qui
dedit se gatis met ipsum pro peccatis nostris. et quemadmodum de illo
refertur. quod etiam pro filio non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illum.
ita de isto narratur. Oblatus est. quia ipse uoluit. Et ita patris ac filii
uoluntas una per omnia designatur. ut etiam in ipso surrectionis dominice
sacramento. operatio non dissona fuisse doceatur. Nam sicut resurrectionem
corporis eius patrem operatum beatus apostolus predicat dicens. Et deum patrem qui
suscitauit eum a mortuis. ita filius suscitaturum se templum sui corporis
prestatur. Soluite inquit templum hoc. et ego in tribus diebus suscita-
bo illud. Et idcirco his que prediximus exemplis dominicis eruditi

cunctas obsecrationes nostras simili nos quoque debemus oratione concludere
et hanc vocem cunctis peticionibus nostris semper adiungere. verumtamen
non sicut ego volo. sed sicut tu. Satis vero constat illum trinę curvationis nume-
rum qui solet in congregationibus fratrum ad concludendam sinaxim celebra-
ri. eum qui intento animo supplicat observare non posse. Ante
omnia sane illud evangelicum preceptum diligentius observandum est. ut
intrantes in cubiculum nostrum clauso hostio nostro oremus patrem nostrum. Quod
a nobis ita implebitur. cum intra cordis nostri cubiculum supplicamus. cum ab omni-
um cogitationum sive sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amoven-
tes secreto quodammodo ac familiariter preces nostras domino reseramus. Clauso ori-
mus hostio. cum strictis labiis omnimodoque silentio supplicamus. non vocum sed cor-
dium scrutatori. In abscondito oramus. quando corde tantum et intenta
mente peticiones nostras soli pandimus deo. ita ut ne ipsę quidem adversę valeant
potestates genera nostrę peticionis agnoscere. Propter quod summo orandum
silentio. non solum ne fratres adstantes nostris susurris vel clamoribus avo-
cemus. et orantium sensibus obstrepamus. sed ut ipsos quoque inimicos nostros
qui orantibus nobis maxime insidiantur. lateat nostrę peticionis intentio.
Ita enim preceptum illud implebimus. ab ea que dormit in sinu tuo custodi
claustra oris tui. Ob quod frequenter quidem sed breviter est orandum. ne im-
morantibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit ini-
micus. Istud namque est sacrificium verum. quia sacrificium deo spiritus contritus.
hec salutaris oblatio. ista sunt pura libamina. Istud sacrificium iusticię
istud est sacrificium laudis. hę verę ac pingues hostię. Ista sunt holocausto-
mata medullata. quę contritis et humiliatis cordibus offeruntur. Queque
hac quam diximus disciplina et intentione spiritus exhibentes. efficaci poterimus
virtute cantare. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Ele-
vatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quod etiam nos oportuna commo-
net devotione persolvere. horę ipsius ac noctis adventus. De qua quidem licet
pro quantitatis nostrę mensura multa prolata videantur. dum quoque sit peracta con-
latio. pro sublimitate tamen ac difficultate materię paucis admodum
credimus disputatum. His sancti isaac sermonibus stupefacti potius quam repleti
vespertina sinaxi celebrata sopori paululum membra laxavimus. primoque
diluculo sub placito plenioris tractatus iterum reversuri ad nostra discessimus.

tam de perceptorum adquisitione quam de promissorum securitate gaudentes. Excellen-
tiam siquidem orationis nobis tantum in promonstratam ordine non atque uirtu-
tem quam etiam perpetuitas eius uel adquirenda est uel tenenda. nec dum nos integre per-
cepisse illius disputationibus senseramus. **Incipit conlatio abbatis isaac**

**secunda de oratione.**

Inter anachoretarum instituta sublimia que utcumque donante deo licet
inperito digesta sunt stilo. quiddam nos interserere atque contexere quod uelut
pulchro corpori neuum quendam uideatur adponere. narrationis ipsius
ordo compellit. Quamquam non dubitem etiam ex hoc ipso non minimam institu-
tionem super omnipotentis dei que in genesi legitur imagine quibusque simpli-
cioribus conferendam. pro certi cum tanti dogmatis causa uertatur. ut igno-
ratio eius sine ingenti blasphemia et catholice fidei detrimento esse
non possit. Intra egipti regionem mos iste antiqua traditione ser-
uatur. ut peracto epiphaniorum die. quem prouincie illius sacerdotes uel
dominici baptismi uel secundum carnem natiuitatis esse definiunt. et idcir-
co utriusque sacramenti sollempnitatem non bifarie ut in occiduis prouinciis
sed sub una diei huius festiuitate concelebrant. epistole pontificis alexan-
drini per uniuersas egipti ecclesias dirigantur. quibus et initium quadragesi-
me et dies pasche non solum per ciuitates omnes sed etiam per uniuersa monaste-
ria designetur. Secundum hunc igitur morem post dies admodum paucos quam super-
ior cum abbate isaac fuerat agitata conlatio. theophili predicte urbis
episcopi sollempnes epistole commearunt. quibus cum denuntiatione paschali con-
tra ineptam quoque antropomorphitarum heresim longa disputatione
disseruit. eamque copioso sermone destruxit. Quod tanta est amari-
tudine ab uniuerso propemodum genere monachorum qui per totam prouin-
tiam egipti morabantur pro simplicitatis errore susceptum. ut e contra-
rio memoratum pontificem uelut heresi grauissima deprauatum pars
maxima seniorum ab uniuerso fraternitatis corpore decerneret detestan-
dum. quod scilicet inpugnare scripture sancte sententiam uideretur ne-
gans omnipotentem deum humane figure compositione formatum.
cum ad eius imaginem creatum adam scriptura manifestissime testaretur.
Denique et ab his qui in heremo sciti commorantes quique perfecti-
one ac scientia omnibus qui erant in egipti monasteriis preminebant. ita

est. hec epistola refutata. ut preter abbatem paphnutium nostre congregationis presbyterum nullum eam ceterorum presbyterorum qui eadem heremo aliis tribus ecclesiis presidebant. ne legi quidem aut recitari in suis conuentibus penitus admitterent. Inter hos igitur qui hoc detinebantur errore. fuit antiquissime districtionis atque in actuali disciplina per omnia consummatus nomine serapion. Cuius imperitia super predicti dogmatis opinione tantum preiudicabat cunctis ueram tenentibus fidem. quantum ipse uel uite merito uel antiquitate temporis omnes fere monachos anteibat. Cumque hic sancti presbyteri pafnutii multis adhortationibus ad tramitem recte fidei non posset adduci. eo quod nouella ei hec persuasio nec ab antiquioribus aliquando comperta uel tradita uideretur. accidit ut quidam diaconus summe scientie uir nomine fotinus desiderio uidendi fratres qui in eadem heremo commanebant. de cappadocie partibus adueniret. Quem beatus pafnutius summa gratulatione suscipiens. ad confirmationem fidei que fuerat predicti pontificis litteris comprehensa producens in medium. coram cunctis fratribus sciscitatur quemadmodum illud quod in genesi dicitur. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. catholice totius orientis interpretarentur ecclesie. Cumque ille non secundum humilem littere sonum sed spiritaliter imaginem dei ac similitudinem tradi ab uniuersis ecclesiarum principibus explanaret. idque copioso sermone ac plurimis scripturarum testimoniis adprobasset. nec posse in illam inmensam et incomprehensibilem maiestatem aliquid huiusmodi cadere. quod humana compositione ualeat ac similitudine circumscribi. quippe que incorporea et incomposita simplexque natura sit. queque sicut nec oculis deprehendi. ita mente non ualeat estimari. tandem senex multis ac ualidissimis doctissimi uiri adsertionibus motus ad fidem catholice traditionis adtractus est. Cumque super hoc eius adsensu infinita uel abbatem pafnutium uel nos omnes leticia repleuisset. quod scilicet uirum tante antiquitatis tantisque uirtutibus consummatum imperitia sola et simplicitate rusticitatis errantem nequaquam usque ad finem deuiare dominus a tramite recte fidei permisisset. et pro gratiarum actione surgentes preces domino pariter funderemus. ita est in oratione senex mente confusus. eo quod illam antropomorphitarum imaginem deitatis quam proponere sibi in oratione consueuerat aboliri de corde suo sentiret. ut in amarissimos fletus crebrosque singultus repente prorumpens.

in terra qua prostratus est cum eiulatu ualidissimo proclamaret. Heu me miserum. tulerunt
a me deum meum. et quem nunc teneam non habeo. uel quem adorem aut interpellem
nescio. Super quo nos ualde permoti. necnon etiam preterite conlationis uirtute adhuc
in cordibus nostris insidente. ad abbatem isaac rediuimus. Quem comminus intuentes his
sermonibus adorsi sumus. Licet nos etiam citra ei rei que nuper obor-
te nouitas et preterite conlationis que super orationis statu digesta
desiderium recurrere ad tuam beatitudinem postpositis omnibus inuitaret. adiecit
tamen aliquid huic cupiditati etiam abbatis serapionis tam grauis error nequissimo-
rum ut arbitramur demonum calliditate conceptus. Non enim parua desperatione de-
icimur. considerantes eum labores tantos quos per quinquaginta annos in hac heremo tam lauda-
biliter exegit. ignorantie huius uitio non solum penitus perdidisse. sed etiam perpetue mortis
incurrisse discrimen. Unde quare uel cur ei hic tam grauis error irrepserit. primum desideramus
agnoscere. Deinde quos edoceri. quemadmodum ad illam orationis qualitatem de qua
pridem non solum copiose sed etiam magnifice disputasti. peruenire possimus. In hoc enim
perfecit in nobis admirabilis illa conlatio. ut stuporem tantum mentibus nostris incuteret. non quem-
admodum eam perficere uel adprehendere ualeremus ostenderet. Isaac. Non est mirandum
hominem simplicissimum et de substantia ac natura diuinitatis numquam penitus eruditum
rusticitatis uitio et consuetudine erroris antiqui usque nunc detineri uel decipi
potuisse. et ut uerius dicam in errore pristino perdurare. Qui non recenti ut putatis
demonum inlusione. sed ignorantia pristine gentilitatis infertur. secundum consue-
tudinem erroris illius quo demones hominum figura compositos excolebant. qui nunc quoque
illam incomprehensibilem atque ineffabilem ueri numinis maiestatem sub circumscrip-
tione alicuius imaginis existimant adorandam. nichil se habere uel tenere creden-
tes si propositam non habuerint imaginem quandam quam in supplicatione positi iugiter in-
terpellent. eamque circumferant mente. ac pre oculis teneant semper adfixam. Super quorum hoc
errore competenter dirigitur illa sententia. et mutauerunt gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Ieremias quoque. populus inquit me-
us mutauit gloriam suam in idolum. Qui error licet origine hac quam diximus
quorundam sensibus sit inolitus. nichilominus tamen in illorum quoque animis qui numquam
gentilitatis superstitione polluti sunt. sub colore testimonii huius quo dicitur facia-
mus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. imperitia seu rusticita-
te faciente contractus est. ita ut etiam heresis que dicitur antropomorfitarum
sub occasione detestande huius interpretationis emerserit. que immo

illam ac simplicem divinitatis substantiam liniamentis nostris et humana figurati-
one compositam p... [illegible] vaci puritate contenditur. Qua tamen si quis fuerit ca-
tholicis dogm... [illegible] atibus institutus ut gentilem blasphemiam detestabitur. et
tamen ad illam [illegible] orationis puritatem perveniet qualitate. quae non solum
nullam divinitatis effigiem nec liniamenta corporea quod dictu quoque nefas est
in sua supplicatione miscebit. sed ne ullam quidem in se memoriam dicti cuiusquam
vel facti speciem seu formam cuiuslibet caracteris admittet. Secundum men-
suram namque puritatis suae sicut superiore conlatione praefati sumus unaquaeque
mens in oratione sua vel erigitur vel formatur. tantum scilicet a terrenarum ac
materialium rerum contemplatione discedens. quantum eam status suae pro-
vexerit puritatis. Feceritque ihesum vel humilem adhuc et carneum vel glorifica-
tum et in maiestatis suae gloria venientem internis obtutibus animae providi. Non
enim potuerunt videre ihesum in regno suo venientem. qui adhuc sub illa quodammodo
iudaica infirmitate detenti non queunt dicere cum apostolo. Et si cognovimus
secundum carnem christum. sed nunc iam non novimus. Sed illi soli purissimis oculis di-
vinitatem ipsius speculantur. qui de humilibus ac terrenis operibus et cogi-
tationibus ascendentes cum illo secedunt in excelsum solitudinis mon-
tem. qui liber ab omnium terrenarum cogitationum ac perturbationum tumul-
tu et a cunctorum vitiorum permixtione secretus. fide purissima ac
virtutum eminentia sublimatus gloriam vultus eius et claritatis eius revelat imaginem
his qui merentur eum mundis animae obtutibus intueri. Ceterum videtur ihesus
etiam ab his qui in civitatibus et castellis ac viculis commorantur. id est qui in
actuali conversatione sunt atque operibus constituti. Sed non in illa claritate
qua illis apparuit qui cum ipso possunt in praedictum montem virtutum conscendere. id est
petro. iacobo. iohanni. Ita enim in solitudine et moysi apparuit et he-
liae locutus est. Quod volens dominus noster confirmare ac perfecte nobis relin-
quere puritatis exempla. et quidem cum ipse fons inviolabilis sanctitatis ad
obtinendam eam secessionis adiutorio ac solitudinis beneficio ex-
trinsecus non egeret. non enim poterat ullis turbarum sordibus puritatis
plenitudo maculari nec contaminari humano consortio qui univer-
sa polluta emundat atque sanctificat. secessit tamen solus in montem
orare. per hoc scilicet nos instruens suae secessionis exemplo. ut
si interpellare nos quoque voluerimus deum puro et integro cordis

affectu. ab omni inquietudine et confusione turbarum simul secedant.
ut in hoc corpore commorantes ad similitudinem quandam illius
beatitudinis quae in futuro repromittitur sanctis. ex parte aliquid nos
aptari possimus. sitque nobis omnia in omnibus deus. Tunc enim perfecte
consummabitur in nobis illa nostri salvatoris oratio qua pro suis discipulis oravit
ad patrem dicens. ut dilectio qua dilexisti me in eis sit. et ipsi in nobis.
Et iterum. ut omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te. ut et ipsi in nobis unum
sint. quando illa dei perfecta dilectio qua prior nos ille dilexit in nostri quoque tran-
sierit cordis affectum. hac dominica oratione completa. quam credimus nullo mo-
do posse cassari. Quod ita fiet. cum omnis amor. omne desiderium. omne stu-
dium. omnis conatus. omnis cogitatio nostra. omne quod videmus. quod loqui-
mur. quod speramus deus erit. illaque unitas quae nunc est patris cum filio et
filii cum patre. in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa. id est ut quem-
admodum nos ille sincera et pura atque indissolubili diligit cari-
tate. nos quoque ei perpetua et inseparabili dilectione iungamur. ita scilicet
eidem copulati. ut quidquid speramus. quidquid intellegimus. quidquid loquimur deus sit.
in illum inquam pervenientes quem praediximus finem. quem idem dominus orans optat
impleri. ut omnes sint unum. sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me.
ut sint et ipsi consummati in unum. Et iterum. Pater quos dedisti mihi volo ut
ubi ego sum. et ipsi sint mecum. Haec ergo destinatio solitarii. haec esse
debet omnis intentio. ut imaginem futurae beatitudinis in hoc cor-
pore possidere mereatur. et quoddam in arram caelestis illius conversationis et glo-
riae incipiat in hoc vasculo praegustare. Hic inquam finis totius perfectionis est.
hic perfectus. ut eo usque extenuata mens ab omni situ carnali ad
spiritalia cotidie sublimetur. donec omnis eius conversatio omnis volu-
tatio cordis una et iugis efficiatur oratio. Germanus. Ad
nobis ad praeteritae conlationis illius admirationem ob quam huc recurri-
mus magnitudo stuporis adcrescit. Quantum enim incitamento doctrinae
huius ad desiderium perfectae beatitudinis inflammamur. tanto maiore
desperatione concidimus. ignorantes quemadmodum disciplinam tan-
tae sublimitatis expetere vel obtinere possimus. Et ideo quaesumus ut quae
in cella positi diutina meditatione volvere coepimus. quia
necesse est loquaci forsitan prosecutione proferri. quae ...

cari eos a nobis patienter admittas. Quamquam sciamus beatitudinem tuam nullis
offendi solere ineptiis infirmorum, que vel ob hoc sunt in medium proferen-
de, ut que in eis absurda sunt corrigantur. Quantum itaque opinio nostra
sese habet, cuiuslibet artis seu discipline perfectio necesse est ut
a quibusdam mollibus incipiens rudimentis facilioribus primum ac tenerrimis
initiis imbuatur, ut quodam rationabili lacte nutrita paulatim educa-
ta succrescat, atque ita ab imis ad summa sensim gradatimque conscendat.
Quibus cum fuerit planiora principia et quodammodo ianuas arrepte professionis
ingressa, ad penetralia quoque perfectionis et excelsa fastigia consequenter
et absque labore perveniat. Nam quemadmodum pronuntiare puerorum quispiam sim-
plices poterit copulas syllabarum, nisi prius elementorum characteres dili-
genter agnoverit? Vel quomodo citatam legendi peritiam consequetur, qui breves
et perangustas descriptiones nominum necdum est idoneus coniugare?
Qua autem ratione his qui peritia grammatice discipline minus instructus est
vel rhetoricam facundiam vel philosophicam scientiam consequetur? Quapropter
huic quoque sublimissime discipline per quam instruimur deo iugiter inherere
non dubito quedam institutionis inesse fundamina, quibus primum firmissime
collocatis post hec superposita extollantur perfectionis excelsa fastigia. Cuius hec
esse principia tenuiter suspicamur, ut primum noverimus qua meditatione teneatur
vel cogitetur deus. Deinde hanc eandem quecumque est materiam quemadmodum
valeamus immobiliter custodire, quod etiam non ambigimus culmen totius perfectionis
existere; et idcirco quandam memorie huius materiam qua deus mente concipiatur
vel perpetuo teneatur nobis cupimus demonstrari, ut eam pre oculis retentantes
cum elapsos nos ab eadem senserimus, habeamus in promptu quo resipiscentes
illico revertamur, ac resumere illam sine ulla circuitus mora et inquisiti-
onis difficultate possimus. Evenit namque ut cum de theoriis spiri-
talibus evagati ad nosmet ipsos velut de letali sopore converti-
mur, et tamquam expergefacti materiam querimus, qua illam que obruta est
spiritalem memoriam resuscitare possimus, retardati ipsius inquisitio-
nis mora prius quam repperiamus eam a nostro conatu rursum devolvamur, et antequam
spiritalis quedam pariatur intuitus, concepta cordis evanescat intentio.
Que confusio idcirco nobis accidere satis certum est, quia speciale aliquid
pre oculis positum velut formulam quandam stabiliter non tenemus, ad quam possit

uagus animus per multos anfractus ac discursus uarios reuocari et post longa nau-
fragia uelut portum quietis intrare. Itaque fit ut hac ignoratione ac difficultate
mens iugiter praepedita errabunda semper et uelut ebria per diuersa iactetur. et ne il-
lud quidem quod casu potius quam industria sibimet occurrerit spiritale diu ac firmiter
teneat. dum aliud ex alio semper recipiens nec introitus eorum atque principia nec
etiam finem discessumque non sentit. ISaac. Inquisitio uestra tam minuta atque sub-
tilis. proximae puritatis praesignat indicium. Nec enim de his saltem interrogare nec
dicam introspicere atque discernere quispiam praeualebit. nisi quem diligens
et efficax mentis industria ac sollicitudo peruigil ad perscrutandam is-
tarum profunditatem prouexerit quaestionum. castigataeque uitae iugis inten-
tio per experientiam fecerit actualem adtemptare puritatis huius limina ianu-
asque pulsare. Et idcirco quia uideo uos non dicam pro foribus orationis il-
lius uerae de qua disserimus adstitisse. sed ipsius quodammodo experientiae manibus pene-
tralia eius et interiora palpare. et quaedam membra iam iamque contigisse. nec me la-
boraturum credo ut iam intra aulam quodammodo ipsius oberrantes in adyta quoque
in quantum dominus direxerit introducam. nec uos ad introspicienda haec quae de-
monstranda sunt ullo difficultatis obstaculo retardandos. Proximum enim cogni-
tioni est. qui quid inquirere debeat prudenter agnoscit. Nec a scientia longe est qui
coepit intellegere quid ignoret. Et idcirco non uereor notam proditionis et leui-
tatis incurrere. si ea quae in superiore tractatu de perfectione orationis disserentes
disputationi subtraxeram propalauero. quorum uirtutem uobis in hoc opere ac
studio conlocatis etiam sine ministerio nostri sermonis per dei gratiam arbitror fuis-
se reserandam. Quapropter secundum illam institutionem quam paruulorum eru-
ditioni prudentissime conpastis. qui alias elementorum traditionem perci-
pere non possunt. nec eorum uel agnoscere lineas uel intrepida manu queunt
describere characteres. quam per typos quosdam et formulis cere diligenter
impressis effigies eorum exprimere contemplatione iugi et cotidiana conlucta-
tione. huius quoque spiritalis theoriae tradenda uobis est formula. ad quam semper tenacis-
sime uestrum intuitum defigentes. uel eandem salubriter uoluere indisrupta iu-
gitate discatis. uel sublimiores intuitus scandere illius usu ac meditatione pos-
sitis. Haec igitur uobis huius quam quaeritis disciplinae atque orationis formula pro-
ponetur. quam unusquisque monachus ad iugem dei memoriam tendens inces-
sabili cordis uolutatione meditari. expulsa omnium cogitationum uarietate

consuescat. Quia nec aliás eam illo modo poterit retentare. nisi ab omnibus fuerit corporalibus
curis ac sollicitudinibus absoluta. Quae sicut nobis a paucis qui antiquissimorum patrum re
sidui erant tradita est. ita a nobis quoque non nisi rarissimis ac uere sitientibus intimatur.
Erit itaque ad perpetuam dei memoriam possidendam. haec inseparabiliter proposita uobis
formula pietatis. Deus in adiutorium meum intende. domine ad adiuuandum me festina.
Hic namque uersiculus non inmerito de toto scripturarum excerptus est instrumento.
Recipit enim omnes affectus quicumque inferri possunt humanae naturae. et ad omnem statum
atque uniuersos incursus proprie satis et competenter aptatur. Habet siquidem aduersum uniuersa
discrimina inuocationem dei. habet humilitatem piae confessionis. habet sollici
tudinis ac timoris perpetui uigilantiam. habet considerationem fragilitatis
suae. exauditionis fiduciam. confidentiam praesentis semper adstantisque praesidii. Qui
enim iugiter suum inuocat protectorem. certus est eum semper esse praesentem. Habet amo
ris et caritatis ardorem. habet insidiarum contemplationem inimicorumque formi
dinem. quibus perspiciens semet ipsum die noctuque uallatum. confitetur se non posse sine
sui defensoris auxilio liberari. Hic uersiculus omnibus infestatione demonum la
borantibus inexpugnabilis murus est. et inpenetrabilis lorica. ac munitissimus
clipeus. Iste in accidia et anxietate animi conlocatos seu tristicia uel cogitati
onibus quibuscumque depressos salutis remedia desperare non patitur. ostendens illum
quem inuocat inspicere iugiter nostra certamina. atque a suis supplicibus non abesse.
Iste nos in spiritalibus successibus cordisque letitia constitutos admonet extolli pe
nitus non debere. nec inflari de prospero statu. Quem sine protectore deo retineri non pos
se testatur. dum non solum eum semper sed etiam uelociter ut sibi auxilietur implorat. Iste inquam
uersiculus unicuique nostrum in qualibet qualitate degenti. necessarius et utilis
inuenitur. Nam qui se semper atque in omnibus desiderat adiuuari. manifestat quod non
tantum in rebus duris ac tristibus. sed etiam in securis ac letis pari modo egeat adiu
torem. ut quemadmodum ex illis erui. ita in istis eum faciat inmorari. in neutro sci
ens humanam fragilitatem sine illius opitulatione subsistere. Gastrimargiae
passione perstringor. cibos quos heremus ignorat inquiro. et in squalida solitu
dine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum. atque ad illorum desideria sen
tio me inuitissimum trahi. Dicendum proinde est mihi. Deus in adiutorium meum inten
de. d. a. a. me. f. Anticipare horam statutae refectionis instigor. seu modicum iustae ac so
litae parcitatis retinere cum magno cordis mei dolore contendo. cum ge
mitu mihi est proclamandum. Deus in adiutorium meum intende. d. a. a. me. f. Ieiunia me ob

inpugnationē carnis districtionib; indigentē stomachi ꝓhibet lassi-
tudo· seu uentris ariditas constrictioq; deterret ut effect' meo de-
sidio tribuat'· ł certe ut estus carnal' concupiscentię absq; tempe-
mento districtioris ieiunii conquiescant· orandū m est· Ds in ad-
iutoriū meū intende· decedens ad hora legitima refectionis
suggerente ꝑceptionē panis ex horreo· atq; ab omi esu naturalis
necessitatis excludor· cū heiulatu m ꝓclamandū est· Ds i adiuto-
riū meū intende· Volentē me ob stabilitatē cord' insistere lectio-
ni pellans capitis ꝓhibet dolor· hora q; tertia faciē meā ad sacrā
paginā sōpn' allidit· ac deputatū q̄etis tēp' ł transgredi ł ꝑuenire
cōpellor· ipsū deniq; canonicū sinaxeos psalmorū q; modū in-
cidere me grauissima sōni cogit inpressio· simulit' ꝓclamandū
m· Ds i adiutoriū· Sublato ab oclis meis sopore multis me no-
ctib; diabolicis i somniis uideo fatigatū· omnē q; a palpebris meis
refectionē nocturnę q̄etis exclusā· cū suspiriis orandū est mihi·
Ds i adiutoriū· Adhuc me i colluctatione positū uitiorū titilla-
tio carnis repente cōpungit· & ad consensū ꝑtrahere dormientē
blanda oblectatione conat'· ne ignis alien' exestuans suaui-
ter olentes flosculos castitatis· clamandū ē· m· Ds i adiutoriū·
Extincta sentio libidinis incentiua & genitale in mēbris meis
intepuisse feruorē· ut a pte hęc uirt' immo grā di i me diutius
ł ꝑpetuo ꝑseueret· intente dicendū ē· m· Ds i adiutoriū· I-
rę· philargirię· tristicię· stimulis inq̄etor· cogor q; ꝓpositā mihi
amicā m interrumpe lenitatē· ne i amaritudinē fellis ꝑturba-
tione furoris abducar· cū summo m gemitu ꝓclamandū
est· Ds i adiutoriū· Accidia· cenodoxia· suꝑbię elatione pul-
tor· ac de aliorū neglegentia ł tepore q̄dā sibi mens sub-
tili cogitatione blandit'· Ne in me ꝑualeat hęc inimica ꝑni-
ciosa suggestio· cū omi contritione cord' orandū est m· Ds
in adiutoriū· Humilitatis & simplicitatis grām· suꝑbię tu-
more deposito iugi conpunctione sps adq̄siui· Ne rursus
ueniat in pes suꝑbię & man' peccatoris moueat me· gra-
uiusq; de uictorię meę elatione confodiar· totis mihi

proclamandum est uiribus; Deus in adiutorium. Euagationibus animę innumeris ac di
uersis et instabilitate cordis exestuo. nec cogitationum dispersiones ualeo co
hercere. ipsamque orationem meam fundere absque interpellatione atque fantasma
te inanium figurarum sermonumque et actuum recordatione non possum. tantaque
me sentio sterilitatis huius ariditate constrictum. ut nullas omnino spiritalium sen
suum generationes parturire me sentiam. Ut de hoc animi squalore merear
liberari. unde me gemitibus multis atque suspiriis expedire non possum. necessarie
proclamabo. Deus in adiutorium. Directionem rursus animę. stabilitatem cogitationum.
alacritatem cordis cum ineffabili gaudio et mentis excessu uisitatione sancti spiritus me
sentio consecutum. exuberantiam quoque spiritalium sensuum redundante reuelati
one sacratissimorum intellectuum quę ante penitus occultorum repentina domini illu
stratione percepi. Ut in his merear diutius inmorari. sollicite ac frequenter que cla
mandum. Deus in adiutorium. Nocturnis demonum terroribus circumuallatus exagitor.
et inmundorum spirituum fantasmatibus inquietor. spes ipsa mihi salutis ac uitę trepida
tionis horrore subtrahitur. ad salutarem uersiculi huius portum confugiens. totis ui
ribus exclamabo. Deus in adiutorium. Rursus cum fuero consolatione domini reparatus
et ipsius animatus aduentu uelut innumeris angelorum milibus me sensero
circumseptum. ita ut eos quos morte grauius ante tremiscebam. et quorum prius tactu
immo uicinia horrorem mentis et corporis sentiebam. repente congressus petere
audeam ac prouocare conflictum. Ut in me constantię huius uigor per dei gratiam diu
tius inmoretur. totis est uiribus proclamandum. Deus in adiutorium. Huius igitur uersiculi oratio
in aduersis ut eruamur. in prosperis ut seruemur nec extollamur. incessabili iugitate fun
denda est. Huius inquam uersiculi meditatio in tuo pectore indirupta uoluatur.
Hunc in opere quolibet seu ministerio uel itinere constitutus. cantare non desinas.
Hunc et dormiens et reficiens. et in ultimis naturę necessitatibus meditare.
Hęc uolutatio cordis uelut formula tibi salutaris effecta. non solum illesum ab
omni demonum incursione custodiet. sed etiam cunctis te uitiis terrenę contagi
onis expurgatum. ad illas inuisibiles theorias celestesque perducet. atque ad
illum ineffabilem ac perpaucis expertum prouehet orationis ardorem. Hunc uersi
culum meditanti tibi somnus inrepat. donec incessabili eius exercitatione
formatus etiam per soporem eum decantare consuescas. hic tibi expergefacto primus occur
rat. iste euigilante te cogitationes anticipet uniuersas. Iste te de tuo sur
gentem cubili curuationi genuum tradat. atque te illinc deinceps ad omne

opus actusque dedicat· hic te omni tempore prosequatur. Hunc meditaberis secundum precep-
ta legislatoris sedens in domo· & ambulans in itinere dormiens atque consurgens·
hunc scribes in limine & ianuis oris tui· hunc in parietibus domus tuę ac penetralibus
tui pectoris collocabis. ita ut hęc ad orationem procumbenti sit et ad clinis decanta-
tio· & exinde consurgenti atque ad omnes usus vitę necessarios incedenti fiat recta
& iugis oratio. Istam mens indesinenter formulam teneat· donec usu eius incessabili
& iugi meditatione firmata cunctarum cogitationum divitias amplasque substantias ab-
igat ac refutet· atque ita versiculi huius paupertate constricta ad illam evangelicam beatitudinem
quę inter ceteras beatitudines primatum tenet prona facilitate perveniat. Beati
inquit pauperes spiritu· quoniam ipsorum est regnum celorum· & ita quis per istiusmodi paupertatem egre-
gius pauper existens· illud propheticum implebit eloquium· pauper & inops laudabunt nomen
domini; & revera quę maior aut sanctior potest esse paupertas· quam illius qui nichil
se presidii nichil virium habere cognoscens· de aliena largitate cotidianum posscit
auxilium & vitam suam atque substantiam singulis quibusque momentis divina ope intelli-
gens sustentari verum se mendicum domini non inmerito profitetur· supplicans ad eum cotidie
clamans· ego autem mendicus & pauper sum· deus adiuva me· & sic ad illam quoque multiformem
scientiam dei ipso inluminante conscendens· incipiet deinceps sublimioribus ac sa-
cratioribus misteriis saginari· secundum illud quod dicitur per prophetam· Montes excelsi
cervis· petra refugium herinaciis· quod satis proprie huic quem diximus sensui
coaptatur. eo quod quisquis in simplicitate atque innocentia perseverans nulli
est noxius vel molestus· sed sua tantum simplicitate contentus solum se ab insi-
diantium preda desiderat communiri· velut erinacius spiritalis effectus iu-
gi evangelicę illius petrę velamine protegatur· id est memoria dominicę passionis et pre-
dicti que versiculi incessabili meditatione munitus infestantis inimici decli-
net insidias. De his spiritalibus erinaciis· & in proverbiis ita dicitur· & erinacii gens
invalida· qui fecerunt in petris domos suas. & revera quid invalidius christiano
quid infirmius monacho· cui non solum nulla iniuriarum vindicta subpeditatur sed ne
levis quidem tacita que commotio saltem intrinsecus pullulare conceditur.
Quisquis autem ex hoc proficiens statu non solum innocentię simplicitatem possidet sed etiam
discretionis virtute munitus virulentorum serpentium exterminator effectus est
habens contritum satanan sub pedibus suis· & ad figuram rationalis cervi men-
tis alacritate pervenit· pascetur in propheticis atque apostolicis montibus· id est ex-
celsissimis eorum ac sublimissimis sacramentis. Quorum iugi pascuo

tur. omnis quoque psalmorum affectus in se recipiens. ita incipiet decantare. ut eos
non tanquam a propheta compositos. sed uelut a se editos quasi orationem propriam profunda cordis
conpunctione depromat. uel certe ad suam personam estimet eos fuisse directos. eorumque
sententias non tunc tantum in propheta aut in propheta fuisse completas. sed in se co-
tidie geri implerique cognoscat. Tunc enim scripturae diuinae nobis clarius
patescunt. et quodammodo earum uenae medullaeque panduntur. quando experientia
nostra earum non tantum percipit sed etiam preuenit notionem. sensusque uerborum non per ex-
positionem nobis sed per documenta reserantur. Eundem namque recipientes affec-
tum quo quisque decantatus uel conscriptus est psalmus. uelut auctores eius facti precedemus
magis intellectum ipsius quam sequemur. id est ut prius dictorum uirtutem quam
noticiam colligentes. quid in nobis gestum sit uel cotidianis geratur incursibus.
superueniente eorum meditatione quodammodo recordemur. et quid nobis uel negle-
gentia nostra pepererit uel diligentia conquisierit. uel prudentia diuina contu-
lerit. uel instigatio fraudauerit inimici. uel subtraxerit lubrica ac subtilis
obliuio. uel intulerit humana fragilitas. seu inprouida fefellerit ignoratio.
decantantes reminiscamur. Omnis namque hos affectus in psalmis inuenimus ex-
pressos. ut ea quae incurrerint uelut in speculo purissimo peruidentes ef-
ficatius agnoscamus. et ita magistris affectibus eruditi non ut audita sed tanquam
[uel palpemus. nec tanquam] perspecta memoriae commendata. sed uelut ipsi rerum naturae insita de interno
cordis pariamus affectu. ut eorum sensus non textu lectionis sed experientia precedente
penetremus. atque ita ad illam orationis incorruptionem mens nostra perueniet. ad quam
in superiore tractatu quantum dominus donare dignatus est. ordo collationis ascendit.
quae non solum nullius imaginis occupatur intuitu. sed etiam nulla uocis nulla uer-
borum prosecutione distinguitur. ignita uero mentis intentione per ineffabilem cordis ex-
cessum inexplebili spiritus alacritate profertur. quamque mens extra omnes sensus ac
uisibiles effecta materias gemitibus inenarrabilibus atque suspiriis profundit
ad deum. Germanus. Non solum nobis traditionem spiritalis huius quam po-
poscimus disciplinae. sed ipsam plane perfectionem satis aperte atque dilucide putamus
expressam. Quid enim potest esse perfectius. quod ue sublimius quam dei memoriam
tam conpendiosa meditatione complecti. atque unius uersiculi uolutatio-
ne a cunctis uisibilium terminis emigrare. et quodammodo in affectu orationum cunc-
tarum breui sermone concludere. Et idcirco unum quod superest adhuc precamur
exponi. quemadmodum hunc eundem uersiculum quem nobis uice formulae

tradidisti stabiliter retinere possimus. Ut sicut per dei gratiam sumus a se-
cularium cogitationum ineptiis liberati. ita spiritales quasque immobiliter
retentemus. Cum enim capitulum cuiuslibet psalmi mens nostra conce-
perit. insensibiliter eo subtracto ad alterius scripturae textum nesciens stu-
pensque devolvitur. Cumque illud in semetipsa ceperit volutare. nec-
dum illo ad integrum ventilato oborta alterius testimonii memoria me-
ditationem materiae prioris excludit. De hac quoque ad aliam subintrante alia
meditatione transfertur. Et ita animus semper de psalmo rotatur ad psalmum. de
evangelii textu ad apostoli transiliens lectionem. de hac quoque ad prophetica devo-
lutus eloquia. Et exinde ad quasdam spiritales delatus historias per omne scriptu-
rarum corpus instabilis vagusque iactatur. nihil pro arbitrio suo praevalens vel
abicere vel tenere. nec pleno quicquam iudicio et examinatione finire. pal-
pator tantum spiritalium sensuum ac degustator. non generator nec pos-
sessor effectus. Atque ita mens mobilis semper vaga in tempore quoque
sinaxeos velut ebria per diversa distrahitur. nullum officium competenter
exsolvens. Verbi gratia. Cum orat. psalmum aut aliquam recolit lectionem.
Cum decantat. aliud quid meditatur quam textus ipsius continet psalmi.
Cum lectionem recitat. faciendum aliquid vult factumve reminiscitur.
Atque in hunc modum nichil disciplinate nec oportune recipiens vel
emittens. velut fortuitis agi videtur incursibus; retinendi ea quibus
delectatur vel immorandi in eis non habens potestatem. Necessarium ergo
nobis est prae omnibus nosse quemadmodum haec spiritalia competenter exple-
re possimus officia. vel certe hunc eundem versiculum quem nobis vice
formulae tradidisti immobiliter custodire. ut omnium sensuum ortus ac
fines non in sua volubilitate fluctuent. sed in nostra dictione consistant.
Isaac. Licet in praeterito de hac re disputantibus nobis de orationis
statu quantum reor sit sufficienter expressum. tamen quia vobis haec
eadem poscitis iterari. de confirmatione cordis breviter instruam.
Tria sunt quae vagam mentem stabilem faciunt. Vigiliae. meditatio. et o-
ratio. Quarum assiduitas et iugis intentio confert animae stabilem
firmitatem. Quae tamen aliter nullo modo poterit apprehendi. nisi prius
non philargiriae sed sacris cenobii usibus dedicati infatigabilem
iugitatem omnes omnino sollicitudines et curae vitae praesentis prius

fuerint abdicatae. ut ita illud apostolicum mandatum sine intermissione orate possi-
mus implere. Parum namque orat. quisquis illo tantum tempore quo genua flec-
tunt orare consuevit. Numquam vero orat. quisquis etiam flexis genibus evagatio-
ne cordis qualicumque distrahitur. Et idcirco quales orantes volumus inveniri.
tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necesse est enim mentem nostram
supplicationis suae tempore de statu precedente formari. illisque eam cogitationibus
orantem vel ad celestia sublimari vel ad terrena demergi. quibus ante orationem
fuerit immorata. Huc usque abbas Isaac attonitis nobis secundam conlatio-
nem de orationis qualitate digessit. Cuius doctrinam super illius perpetui versicu-
li meditatione quam velut informationis loco ab incipientibus tradiderat
retinendam. admirantes admodum et excolere tenacissime cupientes. utpo-
te quam compendiosam ac facilem credebamus. difficiliorem satis ad observandum
experti sumus. quam illud studium nostrum quo solebamus antea per omne scripturarum
corpus absque ullius observantiae vinculo varia passim meditatione discur-
rere. Constat igitur neminem prorsus ob imperitiam litterarum a perfectione cordis
excludi. nec rusticitatem obesse ad capescendam animae puritatem quae
compendiosissime adiacet cunctis. si modo sanam et integram mentis intentio-
nem iugi ad deum versiculi huius meditatione servaverint.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEQUENTIS.

VERBA abbatis nesterotis. de religiosorũ scien-
tia. I. De apphendenda spualiũ rerũ cognitione. II.
Quod actual' pfectio. duplici ratione subsistit. III.
Quod actual' uita. erga multas pfessiones ac studia / diuidit. IIII.
De pfessionis arrepte pseuerantia. V.
De infirmorum mobilitate. VI.
Exemplũ castitatis q docem̃ ñ omia ab omib; emulan / da. VII.
De spuali scientia. VIII.
Quod actuali scientia pficiat ad spualem. IX.
De apphenda uere scientie disciplina. X.
De multiplici intellectu diuinarũ scripturarũ. XI.
Interrogatio quomodo possit ad obliuionem sclarium carminũ / perueniri. XII.
Responsio quo pacto memorie fucũ possimus abluere. XIII.
Quod imunda aĩa neq; tradere neq; pcipere possit scientiã
Obiectio de eo quod multi immundi scientiã spitalem. XIIII.
habeant & sči non habeant. XV.
Quib; ratio pfectionis debeat apiri. XVI.
Quib; de causis spual' doctrina infructuosa sit. XVII.
Quod plerumq; etiã indigni grãm salutiferi sermonis ac
cipiant. INCIPIT. COLL. ABB. NESTEROTIS. DE SPUALI SCIENTIA

SPONSIONIS nr̃e & itineris ordo compellit.
ut abbatis nesterotis p̃clari in omib; summe q; sci
entie uiri institutio subsequatur. Qui cũ sacrarum
scripturarũ nos aliqua memorie comendasse & eorum
intelligentiã sensisset desiderare. talib; nos adorsus est
uerbis. Multa quidem scientiarũ in hoc mundo sũt genera.
tanta siquidem earũ. quanta & artiũ disciplinarũq;
uarietas est. Sed cũ omis aut omino utiles sint. aut psen
tis tantũ uite comodis psint. nulla est tam q ñ habeat
pprium doctrine sue ordinem. p quem ab expetentib; possit
attingi. Si ergo ille artes ad institutionem sui certis ac

professis dirigunt. quanto magis religionis nostre disciplina at-
que professio. que ad contemplanda inuisibilium sacramen-
torum tendit archana. nec presentis questus sed eternorum retri-
butionem expetit premiorum. certo ordine ac ratione sub-
sistit. Cuius duplex scientia est. Prima ΠΡΑΚΤΙΚΗ (practica) id est
actualis que emendatione morum et uitiorum purgatione perfici-
tur. altera ΘΕΩΡΗΤΙΚΗ (theorica) que in contemplatione diuinarum
rerum et sacratissimorum sensuum cognitione consistit. Quis-
quis igitur ad hec uoluerit peruenire. necesse est ut omni studio
atque uirtute actualem primum consequatur. Nam hec ΠΡΑ-
ΚΤΙΚΗ (practica) absque theorica possideri potest. theorica uero
absque actuali omnimodis non potest apprehendi. Gradus
enim quidam ita ordinati sunt atque distincti. ut humana
humilitas possit ad sublime conscendere. Qui si inuicem si-
bi ea ut diximus ratione succedant. potest ad altitudi-
nem perueniri. ad quam sublato primo gradu non potest transuo-
lari. Frustra igitur tendit ad conspectum dei. qui uitiorum
contagia non declinat. Spiritus namque dei effugiet fictum. nec
habitabit in corpore subdito peccatis. II.

Hec autem actualis perfectio duplici ratione subsistit.
Nam primus eius est modus ut omnium natura uitiorum et
curationis ratio cognoscatur. Secundus ut ita discernatur
ordo uirtutum. earumque perfectione mens nostra formetur.
ut illis non iam uelut coacta et quasi uiolento imperio subiecta
famuletur. sed tanquam naturali bono delectetur atque pas-
catur. et arduam illam atque angustam uiam cum oblectatione
conscendat. Quo enim modo ut uirtutum rationem que secunda in
actuali disciplina gradus est. ut rerum spiritalium et celesti-
um sacramenta que in theorie gradu sublimiore consistunt
ualebit attingere. qui naturam uitiorum suorum nec potuit
intelligere. nec enixus est extirpare. Consequenter enim pro-
nuntiabitur progredi ad excelsiora non posse. qui ne eum certe plani

fora

Multo q; min' ea q̄ sunt extrinsecus app̄hendit quis
quis intelligere ea que sibi sunt inserta n̄ quiuerit. Du
plici nob̄ est laboris intentione sudandū in expellend'
uitiis, q̄m in uirtutib; adquirendis. Et hoc n̄ n̄ra capim'
coniectura, s; illi' sententia p̄docem̄. q̄ sol' opificis sui uires
rationesq; cognoscit. Ecce inq̄t constitui te hodie sup gen
tes & sup regna. ut euellas & destruas. & disp̄das & dissi
pes & edifices & plantes. In expulsione enī noxiarū rerū
q̄tuor in esse necessaria designauit. id ē. euellē. destruere.
disp̄dē. dissipare. In p̄ficiendis ū uirtutib; & his q̄ ad iusti
ciam p̄tinent adq̄rendis. edificare tm̄m atq; plantare. magis

R V nde liq̄do patet difficili' esse conuelli atq; eradicari moli
tas corpis atq; anime passiones. quā sp̄itales exstrui atq;
plantari uirtutes.

H ec ĝ πρακτικη (practica) que duob; iii. ut dictum ē subsistit modis. erga multas p̄fessioēs
studiaq; diuidit̄. Qdā enī summam intentionis sue
heremi secreta & cordis cōstituunt puritatē. & in
p̄teritis heliam heliseū. n̄risq; tempib; beatū antoniū.
aliosq; eiusdē p̄positi sectatores familiarissime dō p̄ si
lentiū solitudinis cohesisse cognoscim̄. Q̄dā erga insti
tutionem frm̄ & p̄uigilem cenobiorū curā omnē studii
sui sollicitudinē dederunt. ut nup abbatē iohannē q̄ in
uicinia ciuitatis cui nom̄ est tumuis grandi cenobio p̄fu
it. ac n̄nullos eiddem meriti uiros apliās etiā signis me
minim' claruisse. Qosdam xenodochii & susceptionis pi
um delectat obsequiū. p̄ qd̄ etiam in p̄teritis tempib;
abraham patarcham & loth dn̄o placuisse & nup bea
tū macharium singl̄aris mansuetudinis ac patientie ui
rū q̄ xenodochio ita apud alexandriā p̄fuit. ut nulli
eorū qui solitudinis secreta sectati sunt. inferior sit cre
dendus. Qdā eligentes egrotantiū curā. alii intercessi
onē q̄ p̄miseris atq; opp̄ssis impendūt̄ exq̄rentes.

aut doctrine instantes aut elemosinam pauperibus lar-
gientes: inter magnos ac summos uiros pro affectu suo ac
pietate uiguerunt. IIII.

sun Quapropter hoc unicuique utile atque conueniens est: ut
secundum propositum quod elegit siue gratiam quam accepit.
summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem
peruenire festinet: et aliorum quidem laudans admirans uir-
tutes. Nequaquam uero a sua quam elegit professione discedat
sciens secundum apostolum unum quidem corpus esse ecclesie. multa autem
menbra: et habere ea donationes secundum gratiam que data est
nobis differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei: siue
ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina:
siue qui exhortatione. qui tribuit in simplicitate. qui preest
in sollicitudine: qui miseretur in hilaritate. Nec enim ulla
menbra aliorum sibi menbrorum possunt ministeria uindica-
re: nec oculi manuum. nec aures narium utuntur officio: et i-
deo non omnes apostoli non omnes prophete. non omnes doctores non omnes gratias
habent curationum: non omnes linguis locuntur nec omnes inter-

v. Solent enim hi qui necdum sunt V pretantur.
in illa quam arripuerunt professione fundati: cum au-
dierint quosdam in diuersis studiis ac uirtutibus pre-
dicari. ita eorum laude succendi: ut imitari eorum protinus gesti-
ant disciplinam. in quo irritos necessario impendit conatus
humana fragilitas. Impossibile namque est unum eundem-
que hominem simul uniuersis quas supra comprehendi fulgere
uirtutibus: quas si quis uoluerit affectare. in id incidere
eum necesse est. ut dum omnes sequitur nullam integre conse-
quatur: magisque ex hac inmutatione ac uarietate dis-
pendium capiat quam profectum. Multis enim uiis ad deum
tenditur. et ideo unusquisque illam quam semel arripuit
irreuocabili cursus sui intentione conficiat. ut sit in qua-
libet professione perfectus. VI.

ABSQue illo namque dispendio quo ferri monachum xvi.
diximus. qui mobilitate mentis ad studia cupit tran
sire diuersa. etiam hinc periculum mortis incurrit. quod
non numquam recte quidem ab aliis gesta. male ab aliis presu
muntur exempla. Et que non nullis bene cesserant: perniciο p
sa ab aliis sentiuntur. Nam ut quiddam exempli gratia proferamus:
uelut si quis illam uiri illius imitari uirtutem uelit: quam so
let abbas iohannes non ad imitationis formulam. sed tantum modo ad admi
rationem proferre. Nam quidam ueniens ad predictum senem habi
tu seculari: cum ei quasdam frugum suarum primitias detulisset:
ferocissimo quendam demonio arreptum ibidem repperit.
Qui cum abbatis iohannis obtestationes ac precepta despiciens
testaretur nunquam se ad illius imperium de corpore quod obsede
rat migraturum: huius aduentu perterritus cum reuerentissima
inclamatione nominis illius discessit. Cuius tam euiden
tem gratiam senex non mediocriter admiratus eoque amplius
obstupescens quod eum in habitu cerneret seculari: cepit
ab eo uite ac professionis eius ordinem diligentius inquirere. Cum
que secularem se atque uxorio uinclo colligatum esse dixis
set: beatus iohannes excellentiam uirtutis eius et gratie mente per
tractans: que nam illi esset conuersatio attentius explora
bat. Ille se rusticum et cotidiano manuum opere uictum
querere. nec ullius boni esse se conscium testabatur: nisi quod
nunquam ante ad ruris opera mane exercenda procederet.
neque uespere domum reuerteretur: nisi in ecclesia pro cotidiane
uite communicatu largitori eius deo gratias reddidisset.
Neque se unquam de fructibus suis aliquid usurpasse: nisi prius
deo primitias eorum ac decimas obtulisset. Et nunquam
se boues suos per aliene messis transduxisse confinium:
nisi eorum prius ora clausisset. ne uel paruum dampni pernici
em eius proximus sustineret. Et cum hec quoque abbati iohanni
necdum ad comparationem tante gratie qua eum sibi prelatum

.ēē. cernebat idonea uidēt̄. atq; ab eo q̄dnā eēt illd
quod tante grē meritis conferri posset sciscitans scruta
ret: ille reuerentia tā sollicite inq̄sitionis astrictus: uxo
rē se parentū imperio q; compulsū cū pfiteri monachū
uellet. ante duodecī annos accepisse confessus ē: quā
nemine etiā nc̄ conscio sororis loco a se uirginē custo
diri. Qd factum cū audisset senex tanta ē admiratio
ne pmotus: ita ut corā ipso publice pclamaret n̄ inmeri
to demonē q̄ se desp̄exerat illi⁹ n̄ tolerasse p̄sentiā: cui⁹
ipse uirtutē n̄ solū in iuuentis ardore s; ne nunc q̄dē
sine discrimine castitatis auderet appetere. Quod fac
tum abbas ioħs licet summa āmiratione ptulerit:
tamē neminē monachorū ut expiret hortatus ē: sciens
multa recte ab aliis gesta. magnā aliis imitantib; in
tulisse pniciē. Nec usurpari ab omib; posse: qd paucis
dn̄s speciali munere contulisset.

SED ad expositionē [l' sentie] scientie de q̄ sumptū ē sermo
nis exordiū: reuertamur. Itaq; sic sup⁹ dixim⁹ [prac] πρα
[tica] ΚΤΙΚ.Η. erga multas pfessiones ac studia diui
ditur: [theorica] ΘΕωΡΗΤΙΚΗ. u̇o in duas diuidit̄ partes: id ē in histo
ricā int̄pretationē. & intelligentiā sp̄italē. Unde etiā sa
lomon cū eccl'e multiformē grām enumerasset: ait.
Omīs enī q̄ apud eā sunt: uestiti sunt dupliciter. Sp̄al
scientie genera sunt tria: tropologia. allegoria. anago
gen. de quib; in puerbiis ita dr̄. Tu autē describe ea tibi
tripliciter. sup latitudinē cordis tui. Itaq; historia p̄teri
tarum ac uisibiliū ag[ci]nitionem complectitur rerū:
que ita ab ap̄lo replicatur. Scriptū ē enī qm̄ abra
ham duos filios habuit: unum de ancilla & unū de
libera. S; q̄ de ancilla scd̄m carnē natus ē: qui aūt de
libera p repmissionē. Ad allegoriā autē ptinent q̄ se
cuntur. hec enī inq̄t sunt duo testam̄ta. unū quidē de

monte sina in seruitutē generans (l quę) quę est agar. Sina enim
mons est in arabia: qui cōparatur huic quę nunc est ierłm: &
seruit cū filiis suis. Anagogen uero de spiritualib; mi
steriis ad sublimiora quędā & sacratiora cęlorū se
creta conscendens: ab aplō ita subicitur. Que autem sur
sum est ierłm libera est: quę est mater nr̄a. Scriptū est enim.
Letare sterilis quę nō paris: erumpe & clama quę nō partu
ris quia multi filii desertę: magis quā eius quę habet uirū.
Tropologia est moralis explanatio: ad emendationē ui
te. & instructionē ptinens actualē: uelut si hęc eadē
duo testamēta intelligamus (practicam) πρακτικην. & theoricā dis
ciplinā: uł certe si ierłm aut sion. aīam hominis uelimus
accipe secundum illud. Lauda ierłm dnm: lauda dm tuū
sion. Igitur pdicte iiii. figure in unū ita si uolumus conflu
unt: ut una atq; eadem ierłm quadrifaria possit intel
ligi. secundum historiā ciuitas iudeorū: secundum allegoriā ec
clesia xpi: secundum anagogen ciuitas dī illa celestis quę est
mater omniū nr̄m: secundum tropologiam aīa hominis: quę
frequenter hoc nomine. aut increpatur aut laudatur a
dño. De his iiii. interpretationū generib;: beatus aplus ita
dicit. Nunc autem frs si uenero ad uos linguis loquens:
quid uobis pdero nisi uobis loquar: aut in reuelatione aut
in scientia. aut in pphetia. aut in doctrina. Reuela
tio nanq; ad allegoriā ptinet. p quā ea que tegit
historica narratio spiritali sensu & expositione referan
tur: ut uerbi gratia si illud aperire temptemus quēadmodū
patres nr̄i omnes sub nube fuerunt. & omnes in moyse bap
tizati sunt in nube & in mari: & quemadmodū omnes
eandem escā spiritualē manducauerunt & eandē spiritalē
de consequenti petra biberunt potū. petra autem erat
xpc. Que expositio p̄figurationē corporis & sanguinis
xpi quē cotidie sumimus comparata: allegorię continet

rationē. Scientia uo que simlit̄ ab ap̄lo memorat̄ tro-
pologia est: qua uniuersa q̄ ad discretionē ptinent ac
tualē utrū utilia aut honesta sint: prudenti examina
tione discernim̄. ut ÷ illud cū apit nosmet ipsos iu-
dicare p̄cipimur: utrum deceat mulierē n̄uelato capi
te orare d̄m. Que ratio ut dictū est: moralē c̄tinet
intellectū. Item pph̄ia quā tertio ap̄ls in multis loco a
nagogen sonat. p quā ad inuisibilia ac futura sermo
transfert. ut ÷ illud. Nolum̄ uos ignorare de dormi
entib; ut n̄ contristemini sicut & ceteri q̄ spem n̄ ha
bent. Si enim credim̄ quod ih̄s mortuus est & resur
rexit: ita & d̄s eos q̄ dormierunt p ih̄m adducet cū eo.
Hoc enim uob dicim̄ in uerbo d̄ni: quia nos qui uiuim̄
q̄ residui sum̄ in aduentu d̄ni n̄ p̄ueniem̄ eos q̄ dormi
erunt in xp̄o: q̄m ipse d̄s in iussu & in uoce archangli
& in tuba d̄i descendet de celo & mortui q̄ in xp̄o sunt
resurgent primi quia exhortationis species anagoges
figura prefertur. Doctrina uo simplicē historice expo
sitionis ordinē pandit: in qua nullus ocultior intel
lectus nisi q̄ uerbis resonat continet̄. sic ÷ illud. Tra
didi enim uob in p̄mis qd̄ accepi: q̄m xp̄c mortuus
est p peccatis n̄ris sc̄dm scripturas: & quia sepult̄:
& quia surrexit tertia die: & q̄a uisus ÷ cephe. Et mi
sit d̄s filiū suum factū ex muliere factū sub lege ut
eos q̄ sub lege erant redimeret; Siue illud. Audi isrl̄
Dominꝰ deus tuus deus un̄ ÷.
xviii Quapp̄t si uobis cure est ad sp̄alis scientie lum
n̄ inanis iactantie uitio. s; emdationis grā p̄ue
nire. illi p̄mū beatitudinis cupiditate flāma
mini de qua dictum est: beati mundo corde q̄m ipsi
d̄m uidebunt: ut etiam ad illam de qua angl̄s ad
danielē ait p̄uenire possitis: q̄ aut̄ docti fuerint.

erunt ſicut ſplendor firmamenti. Eſto ḡ poſ͞ia cit̄
ad audiendū. tardus ad loquendū. ne cadat in te
illud quod notatur a ſalomone. ſ͞uidiſ uirū ueloc͞e
in uerbiſ. ſcito quia ſpē̄ habet inſipiens mag̃ quā ille
q̊ nequaqūā uerbiſ preſumit. Nec p̄ſumas uerbiſ. qd̄
ope ante n̄ feceris. Hunc ḡ nos ordinē tenere debere
etiam exemplis ſuis dn̄s inſtituit. de q̊ ita dr̄. Que ce
pit ih̄c facere & docere. Caue ḡ ne ante actū p̄ſiliēs
ad docendū. in illoꝝ numero deputeris. de quib; in
euanglīo dn̄s ad diſcipl̄os loquit̄. Que dicunt uob̄
ſeruate & facite. ſcđm op̄a uero eorū nolite facere.
Dicunt enim & n̄ faciunt. Alligant enī honera grauia
& importabilia & imponunt ea ſup humeros hominū.
ipſi aut̄ digito ſuo nolunt ea mouere. Si enī ille q̊ unū
mandatū minimū ſoluens docuerit ſic homines. mini
m̄ uocabit̄ in regno celorū. q̊ multa & maiora negligēs
docere p̄ſumpſerit. conſequens p̄fecto ē. ut n̄ minim̄ in
regno celorū ſ; in gehenne ſupplicio maxim̄ habeatur.
Et ideo cauendum t̄ eſt ne in illorū ad dicendū inci
deris exemplis. q̊ p̄itiā diſputandi & ſermonis affluen
tiam conſecuti. poſſunt ea que uoluerint ornate copi
oſe q; diſſerere. Scientia ſp̄alis poſſideri credit̄ ab his
qui uim eius & equalitatē diſcernere nouerunt. Ali
ud namq; eſt facilitatem oris & nitorē habere ſermo
nis. & aliud uenas ac medullas celeſtiū intrare dicto
rū. ac p̄funda & abſcondita ſacramenta puriſſimo
cordis oc̄lo contemplari. Quod nulla tenꝰ humana
doctrina nec eruditio ſc̄laris. ſ; ſola puritas mentis p
illuminationē ſc̄i ſp̄c obtinebit. fix

FESTINANDUM ḡ tibi eſt ſi aduerſarū ſcriptura
rū uis ſcientiā p̄uenire. ut humilitatē cordis im
mobilem primit̄ conſequaris. que te n̄ ad illam q̄

inflat ſ; ad eam que illuminat ſcientiam caritatiſ. ca
ritatiſ conſūmatione pducat. Impoſſibile namq; eſt ī
mundā mentē donū ſcientie ſpalis adipiſci. Et ideir
co omni cautione deuita. ne tibi p ſtudium lectionis nō
ſcientie lumē nec ppetua que p illuminationē doctrine
pmittit̃ glā. ſ; inſtrumenta pditionis arrogantie
uanitate naſcant̃. Deinde hoc tibi eſt omnimod
enitendum. ut expulſa omni ſollicitudine & contagi
one t̃rena. aſſiduum te ac potius iugē ſacre prebeas
lectioni. donec continua meditatio imbuat mentē
tuam. & quaſi in ſimilitudinē ſui formet. archā quodā
modo faciens teſtamenti. habentē ſcilicet in ſe duas tabulas
lapideas. id eſt duplicis inſtrumenti ppetuā firmita
tem. urnā quoq; auream. hoc eſt memoriā purā atq;
ſinceram. que reconditū in ſe manna ppetua tenacita
te conſeruet. ſpiritalium ſenſuū & angelici illius panis
ppetuam celeſtemq; dulcedinē. nec nō etiā uirgā aaron.
id eſt ſummi ueri q; pontificis nrī ſalutare uexillū. imor
talis memorie ſemp uiriditate frondeſcens. Hec nāq;
ē. uirga que poſtea quā de ieſſe radice ſuccisa eſt.
uiuacius mortificata reuireſcit. Hec aut̃ omnia duob; che
rubin id eſt. hiſtorice & ſpalis ſcientie plenitudine p
teguntur. Cherubin enī interpretat̃ ſcientie multitudo.
que ppitiatoriū dī id eſt placiditatē pectoris tui iu
giter ptegent. & a cunctis ſpalium nequitiarū incurſib;
obumbrabunt. Et ita mens tua nō ſolū in archā diui
ni teſtamenti. uerū etiā in regnū ſacerdotale puecta.
p indiſſolubilē puritatis affectū. quodammodo abſorta ſpi
talib; diſciplinis. illud implebit pontificale manda
tum quod a legiſlatore ita pcipit̃. Et de ſcīs nō egre
dietur ne polluat ſcīuarium dī id eſt cor ſuū. in quo iugit̃
habitaturū ſe dns repmittit dicens. Inhabitabo in

est: & inter illos ambulabo. Quamobrem diligenter me
moriae commendanda est & incessabiliter recensenda sacra
rum series scripturarum. Haec & enim meditationis iugitas
duplicem nobis confert fructum. Primum quod dum le
gendis ac parandis lectionibus occupatur mentis intentio:
necesse est: ut nullis noxiarum cogitationum laqueis capi
(l. tur) uemur. Deinde quod ea que creberrima repetitione per
cursa dum memoriae tradere laboramus intelligere id tem
(l. ad tempus) poris obligata mente non quiuimus. postea ab omnium actu
um ac uisionum illecebris absoluti. praecipue quoque nocturna
meditatione taciti reuoluentes clarius intuemur. ita ut
occultissimorum sensuum quos tenui quidem uigilantes
opinatione percepimus: quiescentibus nobis & uelut soporis
stupore dimersis. intelligentia reueletur.

Crescente autem per hoc studium innouatione mentis nostrae: etiam
scripturarum facies incipiet innouari. & sacratioris
intelligentiae pulchritudo quodammodo cum proficiente
proficiet. Pro capacitate enim humanorum sensuum earum quoque
species coaptatur. & uel terrena carnalibus: uel diuina spi
ritalibus apparebit: ita ut hi quibus ante uidebatur crassis
quibusdam nebulis inuoluta: nec subtilitatem eius depre
hendere. nec fulgorem ualeant sustinere. Sed & ut hoc ipsum
quod astruere nitimur. aliquo clarius pandatur exemplo: unum
legis testimonium protulisse sufficiat. per quod etiam omnia
praecepta caelestia secundum mensuram status nostri ad omne hominum
genus probemus extendi. Scriptum est in lege. non fornicaberis.
Hoc ab homine carnalium adhuc obscenitatum passionibus
obligato secundum simplicem litterae sonum salubriter custoditur.
Ab eo autem qui iam ab actione lutulenta & impuro disces
sit affectu: necesse est: id ipsum spiritaliter obseruari. ut scilicet non
solum a cerimoniis idolorum: uerum etiam a superstitione omni gen
tilium & auguriorum. omniumque signorum dierum ac temporum

obseruatione discedat. ut certe ne quorundam uerborum aut nominum coniecturis quod sinceritatem fidei nostre polluunt implicetur. Hac enim fornicatione etiam ierusalem dicitur constuprata que fornicata in omni colle sublimi. et sub omni ligno frondoso. Et quam iterum dominus increpans per prophetam. Stent inquit et saluent te augures celi qui contemplabantur sidera et supputabant menses. ut ex eis annuntiarent uentura tibi. Et de qua fornicatione alibi arguens ait. Spiritus fornicationis decepit eos et fornicati sunt a deo suo. Quam si quis uero a gemina hac fornicatione discesserit. habebit tertiam quam deuitet. que in legis et iudaismi supersticionibus continetur. de quibus apostolus ait. Dies inquit obseruatis et menses et tempora et annos. Et iterum. Ne tetigeritis. neque gustaueritis. neque contrectaueritis. Que de supersticionibus legis dicta esse non dubium. In qua si quis inciderit procul dubio mechatur a christo. ab apostolo non meretur audire. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo. Sed illud ad eum quod sequitur uoce eiusdem apostoli dirigetur. Timeo autem ne sicut serpens seduxit euam astutia sua. ita corrumpantur sensus uestri a simplicitate que est in christo. Quod si inmunditiam huius quoque fornicationis effugerit. habebit quartam que heretici dogmatis adulterio perpetratur. de qua idem beatus apostolus. Ego scio quia post discessionem meam intrabunt lupi graues in uos non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa. ut adducant discipulos post se. Hanc etiam qui potuerit declinare. caueat ne subtiliore peccato in fornicationis uitio collabatur. que scilicet in cogitationum peruagatione consistit. quia omnis contagio non solum turpis. sed etiam otiosa. et a deo quantulumcumque discedens. perfecto uiro inmundissima fornicatio deputatur.

AD hec ego occulta primum compunctione permo

ꝰ ac deinde grauit̃ ingemiscens. hec inquā oĩa que copi
osissime degessisti maiora m̄ intulerunt desperationis argu
menta quam hactenꝰ sustinebā. q̄ppe cū pret̃ illas ge
nerales anime captiuitates quib; n̄ dubito īfirmos q̄sq;
pulsari. extrinsecꝰ speciale impedimentū salutis accedit p
illam quā tenuit̃ uideo attigisse noticiā literarū. in q̄
me ita ut̃ instantia pedagogi. t̃ continue lectionis ma
cerauit mentis intentio. ut nunc mens mea poeticis illis
uelut infecta carminib; illas fabularū nugas historias
q; bellorum quib; a paruulo p̄imis studiorū rudimentis
orationis etiam tempe meditetur. psallentiq; t̃ p pecca
torum indulgentia supplicanti. aut impudens poematū
memoria suggerat. aut quasi bellantiū heroū ante oculos
imago uersetur. Taliū ne fantasmatū imaginatio semp
illudens. ita mentē meā ad supnos intuitꝰ aspirare n̄ pa
tit̃. ut cotidianis fletib; n̄ possit expelli.

HESTEROS. De hac ipsa re unde t̃ purgationis maxi
ma nascitur despatio. cui satis atq; efficax reme
diū poterit oboriri. Si tandem diligentiā atq; in
stantiā quā te in illis sc̃laribus studiis habe dixisti. ad spi
ritaliū scripturarū uolueris lectionē meditationē q;
transferre. Necesse ē. enī mentē tuā tam diu illis car
minib; occupari. quam diu sibi alia que intra semet
ipsam recolat simili studio & assiduitate congrat. ac
pllis infructuosis atq; t̃renis spalia ac diuina partu
riat. Que cū pfunde alteq; conceperit. & in illis fuerit
enutrita. ut expelli priores sensim poterint. ut penitꝰ
aboleri. Vacare enī cunctis cogitationib; humana
mens n̄ potest. Et ideo quādiu spiritalib; studiis n̄ fu
erit occupata. necesse ē. eā illis que p̄dem didicit impli
cari. Quamdiu enim n̄ habuerit q̄ recurrat & indefes
sos exerceat motꝰ. necesse ē. ut ad illa quib; ab infantia

imbuta collabatur. eaque ſemper reuoluat. que longo
uſu ac meditatione concepit. Ut ergo hec in te ſcientia ſoli
ditate roboretur: nec eam temporarie perfruaris. ſicut
illi qui eam non ſuo ſtudio ſed aliena relatione contingunt. et
uelut aerio ut ita dixerim odore percipiunt. ſed ut ſenſibus
tuis inuiſcerata quodammodo et perſpecta atque palpata condantur:
illud omni obſeruantia cuſtodire te conuenit. ut etiam ſi ea que
forte audiſti forte audieris in collatione proferri: non ex hoc quod
tibi iam nota ſint aſpernanter faſtidioſeque ſuſcipias. ſed ea conti
nuo illa auiditate commendes. qua debent deſiderabilia eſſe
ſalutis uerba uel auribus noſtris indeſinenter infundi. uel de
noſtro iugiter ore proferri. Quamuis enim adhibeatur ſanctarum rerum
crebra narratio: numquam tamen anime ſitim uerę ſcientię ſuſti
nenti ſacietas generabit horrorem: ſed ea cotidie uelut noua
ac deſiderata ſuſcipiens. quanto frequentior hauſerit. tanto
auidius uel audiet uel loquetur: et confirmationem potius perceptę
ſcientię ex eorum repetitione quam illum ex frequenti capiet col
latione faſtidium. Euidens namque tepide ac ſuperbe mentis
ſi uerborum ſalutarium medicinam quamuis ſtudio nimie aſſi
duitatis ingeſtam: faſtidioſe negligenterque ſuſcipiat. Anima
enim que in ſacietate: fauis illudit. anime autem egenti etiam
amara dulcia uidentur. Si itaque hec diligenter excepta
et in receſſu mentis condita. atque indicta fuerint taciturni
tate ſignata: poſtea ut uina quedam ſuaue olentia et le
tificantia corda hominis cum ſenſuum canitie et patientię
fuerint uetuſtate decocta: cum magna ſui flagrantia de
uaſe tui pectoris proferentur: et tamquam perhennis fons de experi
entie uenis et irriguis uirtutum meatibus redundabunt
fluenta: que continua uelut de quadam abiſſo tui cordis
effundent. Eueniet que in te illud quod in prouerbiis ad illum
dicitur: qui hec opere conſummauit. Bibe aquas de tuis uaſis:
et de puteorum tuorum fonte ſuper effluant tibi aque. In tuas

aut plateas pertranseant aque tue. Ac secundum Ysaiam prophetam
eris quasi ortus irriguus et sicut fons aquarum cuius non de-
ficient aque: et edificabuntur in te deserta seculorum. funda-
menta generationis et generationis suscitabis. et uocabis
edificator sepium. auertens semitas iniquitatum. Illa etiam
te beatitudo perueniet: quam idem propheta promittit. Et non fa-
ciet dominus auolare a te ultra doctorem tuum: et erunt oculi tui
uidentes preceptorem tuum. et aures tue audient uerbum post
tergum monentis. Hec est uia ambulate in ea: neque ad dex-
teram neque ad sinistram: atque ita fiet ut non solum omnis directio
ac meditatio cordis tui. uerum etiam cuncte euagationes atque dis-
cursus cogitationum tuarum sit tibi diuine legis sancta et in-
cessabilis ruminatio;

IMPOSSIBILE est autem hoc ut prefati sumus inexpertum quemquam
uel agnoscere uel docere. Nam qui nec ad percipiendum quidem
capax est: quomodo erit idoneus ad tradendum? De quibus tamen
etiamsi aliquid docere presumpserit. inefficax procul dubio
et inutilis usque ad aures tantummodo audientium eius sermo perueniet.
cor autem penetrare non poterit. Inertia operum et infructuo-
sitatis sue perditur uanitate: quia non de thesauro bone promitur
conscientie. Impossibile namque immundam animam quanta-
libet sudauerit lectionis instantia: adipisci scientiam
spiritalem. Nemo enim in uas fetidum atque corruptum unguentum
aliquod nobile. aut mel optimum aut pretiosi quicquam liquoris
infundit. Facilius enim quamuis mirra odoratissima semel
horrendis imbuta fetoribus testa contaminat. quam ut ali-
quid ex eo suauitatis aut gratie ipsa concipiat: quia multo citius
munda corrumpuntur: quam corrupta mundantur. Itaque et
uas pectoris nostri nisi prius fuerit ab omni fetidissima uitiorum
contagione purgatum: non merebitur suscipere illud benedic-
tionis unguentum de quo dicitur per prophetam. Sicut unguentum
in capite quod descendit in barbam barbam aaron. quod descendit in oram uestim-
ti

cri: nec illam scientiam spiritalem et eloquia scripturarum quae
dulciora sunt super mel et favum impolluta servabit. Quae
enim participatio iustitiae cum iniquitate. aut quae societas
luci cum tenebris. quae autem conventio Christi ad belial.

xiiii. GERMANUS. Definitio ista nequaquam videtur nobis
veritate fulciri. aut probabili ratione subnixa.
Cum enim omnes qui fidem Christi aut nequaquam sus
cipiunt aut impia dogmatum pravitate corrumpunt.
immundi cordis esse manifestum sit: quomodo multi iudeorum
atque hereticorum vel etiam catholicorum qui diversis vitiis involvuntur
perfectam scripturarum scientiam consecuti. de spiritalis
doctrine magnitudine gloriantur. et e contrario sanctorum virorum innu
mera multitudo quorum cor ab omni peccatorum contagione
purgatum est profundioris scientie ignorat archana: Quem
admodum ergo stabit ista sententia. que scientiam spiritalem
soli cordis tribuit puritati:

NESTEROS. Haud recte virtutem diffinitionis exploras. qui
non omnia diligenter prolate sententie verba perpendis.
Prediximus namque huiusmodi homines disputandi tantum
habere peritiam. et elocutionis ornatum: ceterum scripturarum
venas et archana spiritalium sensuum intrare non posse. Etenim
vera scientia non nisi a veris dei cultoribus possidetur: quam is
utique non habet populus cui dicitur. Audi popule stulte qui non
habes cor: qui habentes oculos non videtis. et aures non auditis. Et
iterum. Quia tu scientiam repulisti. et ego repellam te: ne tu
sacerdotio fungaris. Cum enim in Christo omnes thesauri sapientiae
et scientie absconditi esse dicantur: quomodo is qui Christum invenire
contempsit. aut inventum sacrilego ore blasphemat. aut
certe chatholicam fidem inmundis operibus polluit. veram sc
ientiam assecutus esse credendus est: Spiritus enim dei effugiet
fictum: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Non ergo
aliter ad scientiam spiritalem nisi hoc ordine pervenitur: quem

unus.

un⁹ pp harum elegant̄ expressit dicens. Seminate uob ad iustitiam: metite spem uite. illuminate uobis lumen scientie. Primū g̊ seminandū nob est: ut actualē pfecti onē ope progemꝰ. deinde metenda nob: spes uite. id ē: ut uitiū spualium fructꝰ. expulsione uitiorū carnaliū congre gando: & ita illuminare nob lumē scientie poterimꝰ. Quem ordinē etiam psalmographꝰ teneri debere discernit dicens. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege dn̄i. Beati q̄ scrutant̄ testimonia eiꝰ. Non enī prīꝰ dixit. beati qui scrutan t̄ testimonia eius & p̊ea intulit. beati ĩmaculati in uia: s; prīꝰ beati inquit ĩmaculati in uia: p hoc euident̄ ostendens. neminē recte posse ad pscrutanda dī testimonia puenire: n̄ p actualem conuersationē in uia xpi ĩmaculatꝰ incedat. Hı g̊ quos diximus: n̄ istam q̊m inmundi habe n̄ possunt. s; ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΝ. hoc ē. falsinominis scientiā possident. de qua beatꝰ aptl̄s. O inquit thimothee depositū custodi: deuitans pphanas uocū nouitates. & oppositiones falsi nominis scientie. Q̄d in greco dr̄ ΤΑC ΑΝΤΙΘΕCΕΙC ΤΗC ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥ ΓΝΩCΕΩC. De istis g̊ q̄ imaginē quandā scien tie uidentur adquirere. ut de his q̄ cū sacrorū uoluminū lectioni ac memorie scripturarū diligent̄ insistant. car nalia tamē uitia n̄ relinquunt: in puerbiis elegant̄ exp̄im t̄. Sicē inauris aurea in naribꝫ suis: ita mulieri male mo rate species. Quid enī pdest quē prā ornatum eloq͡orum celestium & illam speciosissimā scripturarū speciē conse qui. si eam lutulentis opibꝫ ut sensibꝫ inherendo. q̄si immun dissimam t̄ram subigendo confringat. aut cenosis libi dinum suarū polluat uolutabris: fiet enim ut id quod recte utentibꝫ decori esse consueuit: n̄ solū ornare n̄ pos sit. uerum etiam maioris ceni colluuione sordescat. Ex ore enim peccatoris n̄ ē pulchra laudatio. cui dr̄ p pphe tam. Quare tu enarras iusticias meas & assumis testamentū

meum posuimus. De huiusmodi animabus quae nequaquam
stabiliter timorem domini possidentes. de quo dicitur timor domini
disciplina & sapientia est. scripturarum adquirere sensum
de earum memoria ac iugi meditatione conantur. satis
proprie in proverbiis memoratur. Ut quid fuerunt inquit di
vitiae insipienti. Possidere enim sapientiam excors non pote
rit. In tantum vero ab illa eruditione sectari quae carnali
um vitiorum sorde polluitur vera haec & spiritualis scientia
submovetur. ut eam in nonnullis elinguibus ac pene
illitteratis sciamus nonnumquam admirabiliter viguisse.
quod in apostolis multisque etiam sanctis viris evidentissime
conprobatur. qui non inani philosophorum delectabantur
lyxuria. sed veris spiritualis scientiae fructibus ditaban
tur. De quibus in actibus apostolorum scriptum est. Videntes autem
petri constantiam & iohannis. & comperto quod homines
essent sine literis & idiote. admirabantur. Et ideo si
tibi cure est ad eius inmarcescibilem flagrantiam pervenire.
cunctis primum conatibus elabora ut a domino puritatem
obtineas castitatis. Nullus enim in quo adhuc carnalium
passionum & maxime fornicationis dominatur affectus.
spiritualem poterit scientiam possidere. In corde enim bono
requiescit sapientia. & qui timet dominum inveniet sci
entiam cum iustitia. Hoc autem quod praediximus ordine ad
spiritualem pervenire. etiam beatus apostolus docet. Nam cum
universarum non solum cathalogum texere. verum etiam
ordinem earum vellet exponere. ut quaequam sequeretur
vel quaequam parturiret exprimeret. post aliquantam
multo dicens. In vigiliis. in ieiuniis. in castitate. in scien
tia. in longanimitate. in suavitate. in spiritu sancto. in cari
tate non ficta. Qua coniugatione virtutum evidentissime
nos voluit erudire. de vigiliis atque ieiuniis. ad casti
tatem. de castitate ad scientiam. de scientia ad longani

mitatē de longanimitate ad suauitatē: de suauitate
ad spm scm. de spu sco ad caritatē n̄ fictē p'mia puenim.
Cū ergo hac disciplina atq; hoc ordine tu quoq; puenerís ad
scientiam spualem: habebís p aul dubio sic dixim' non
sterilē nec inertē. s; uiuidā. fructuosam q; doctrinā
scām q; salutarís uerbi. quod cū arte fuerit audientiū cor
dib; cōmendatum: subsequens spc sci imber largissim'
fundabit. ac scđm id qđ ppħa pollicit' est dabitur plu
uia semini tuo. ubicumq; seminaueris in t̄ra: & panis
frugum terre tue erit uberrim' & pinguis.

CAVE etiam ne hec que n̄ tam lectione quam expi
entie sudore didicerís cum te etas maturior p
uexerit ad docendū. uane gl'e amore seduct' im
mundis hominib; passim ingeras. illud q; qđ sapientis
sim' salomon int' dixit incurras. Noli aplicare, iniustū
ad pascua iusti. ne seducaris saturitate uentris. Non enī
expediunt stulto delicie. nec opus ē sapientia ubi de
sensus. Magis enim ducat' insipientie: q' seruus durus
n̄ emendatur uerbis. Si enim & intellexerit: n̄ obediet.
Et in aures imprudentis noli quicquam dicere. ne forte
irrideat sapientes sermones tuos. & ne dederís scm canib;
neq; miseritis margaritas urās ante porcos: ne forte c̄
culcent eas pedib; suis. & conuersi dirumpant uos.
Oportet itaq; huiuscemodi hominib; spualium sensuū
contingens sacramenta. efficacit' caueas. in corde meo
abscondi eloquia tua ut n̄ peccem tibi. Sed dices forsi
tan. Et quib; diuinarum scripturarū dispensanda st
sacramenta: Docet te sapientissim' salomon. Date inq't
ebrietatem his qui in tristicia sunt: & uinū bibe his qui in
dolorib; sunt ut obliuiscant' paup'tatis. & dolorū suorū
n̄ meminerint amplius. id ē his q' p penitudine actuum
pristinorū merore atq; tristicia dep'munt'. spualis scien

tie

iocunditatem. ut uinum qđ letificat cor hominiſ af
fluent̄ infundit. eoſq; ſalutariſ uerbi crapula reſoue
re: ne iugitate meroriſ ad letali deſpatione demerſi.
abundantiore triſticia abſorbeant̄. Q̄ eiuſmodi ſunt.
De illiſ ū qui in tepore ac negligentia conſtituti. nul
lo cordiſ ſui dolore mordent̄: ita dicit̄. Nam q̄ ſuauiſ &
ſine dolore eſt: in egeſtate erit. Quanta poteſ ġ cautio
ne deuita. ne uane gl̄e amore diſtentuſ. illiuſ que pph̄a
collaudat particepſ eſſe n̄ poſſiſ: q̄ pecuniam ſuā n̄ de
dit ad uſuram. Omniſ q̄ eloq̄a dī de quib; dicit̄ eloq̄a
dn̄i eloq̄a caſta. argentū igne examinatū pbatum t̄re.
purgatum ſeptuplū. humane laudiſ amore diſpenſat
pecuniam ſuam erogat ad uſurā: n̄ ſolū nullā p hoc
laudem. ſ; etiam ſupplicia meretur. Ob hoc enī pecu
niam dn̄i maluit pfligare. ut ex ea temporalē conſeq
ret̄ ipſe mercedem: n̄ ut dn̄ſ ſic ſcptum ē ueniens rea
pet quod ſuum ē cum uſuris. XVII.

xvij Duabus aut̄ ex cauſiſ: inefficacē ſpualiū reru
conſtat eſſe doctrinā. Nam aut ille q̄ docet
inexpta commendanſ uano uerboꝝ ſono inſtru
ere nitit̄ auditorē: aut certe nequaquā a uitiiſ refec
tuſ auditor ſalutarē ſpualiſ uiri ſcām q; doctrinā
obdurato corde audienſ n̄ recipit. De q̄b; dr̄ p pphām.
Excecatum ē enī cor popli huiſ & aurib; ſuiſ grauit
audierunt & oc'loſ ſuoſ concluſerunt: ne quando ui
deant oc'liſ & aurib; ſuiſ audiant: & corde intelligant
& conuertantur & ſanem illoſ. XVIII.

Nonnumquā tam̄ diſpenſatoriſ n̄ri dī qui omſ ho
mineſ uult ſaluoſ fieri & ad agnitionē ueritatiſ
uenire munifica liberalitate (ł libertate) concedit: ut iſq;
dignum ſe euangelice p̄dicationi irrep̄henſibili conuer
ſatione n̄ pbuit. p ſalute multoꝝ ſpualiſ doctrine

grãm conſequatur. Quib; autẽ modiſ etiam cariſma
ta curationũ ad expellendoſ demoneſ á dño concedan
tur. conſequenſ ẽ ut ſimili diſputatione pandam̃.
Quam conſurgenteſ ad refectionẽ in ueſpam reſeruem̃.
quia efficacı̃ſ ſemp corde conceptũ. quicq̃d ſenſim &
abſq; nimio labore cordiſ intimatũ. INCIPIT COLL̃ II.

ABB̃ NESTERONIS DE KARISMATIB̃ DIVINIS.

POST SINAXIM VESPERTINAM ad
rep̄missam narrationẽ intenti
ſciatiſ paritẽ ex more conſedimuſ.
Cumq; ſilentium aliquantiſp p ſe
niſ reuerentia pbeemuſ. tacitur
nitatem uerecundie tali puenit elo
quio. Uſq; ad ſpualium cariſmatũ rationẽ pferendam
pcedenſ diſputationiſ ordo puenerat. quã t putatã eſſe
maiorũ traditione pcepim̃. Prima ſiquidẽ curationũ
cauſa eſt. cum p merito ſcitatiſ electoſ ac iuſtoſ ui
roſ ſignorũ cauſa comitatũ. ſic apłoſ multoſ q; ſcõrũ
uirorũ ſigna & pdigia ſcdm auctoritatem dñi feciſ
ſe manifeſtum eſt. ita dicentiſ. Infirmoſ curate. mor
tuoſ ſuſcitate. lepſoſ mundate. demoneſ eicite. gratiſ
accepiſtiſ. gratiſ date. Scdã cũ ad edificationẽ eccłe
ł eorum qui infirmoſ ſuoſ ingerunt. ut corũ qui cu
randi ſunt fide. ſanitatum uirtꝰ etiam a peccatorib; in
digniſ q; pcedit. de quib; ſaluator in euangłio. Multi
inquit dicent m̃ in illa die. Dñe dñe. ñne in nomine
tuo demonia eiecim̃. & in nomine tuo uirtuteſ multaſ
fecim̃. Et tũc confitebor ilł quia nunquã noui uoſ.
diſcedite a me opariĩ iniquitatiſ. Et e contrario. Si offe
rentium ł infirmorum deſit fideſ. etiam ilł quib; curati
onum dona collata ſunt. ñ ſinit exercere ſanitatũ uir
tutem. De qua re lucaſ euuangłiſta. Et ñ poterat inq̃t

ihc facere int cos uirtutes ppt incredulitate eorum.
Vnde idem dns. Multi inquit leprosi erant in isrt sub heli
seo ppha: & nemo eoru mundat. nisi naaman sirus.
Tertiu curationu modus etiam consilio demonu ac facti
one simulat. ut dum homo manifestis criminib; obligat
ppt amiratione signoru scs ac di famulus credit. etia
imitoru ei emulatio suadeat: & p hoc obtrectationis
aditu reserato. etiam religionis scitas infamet. ut cer
te ut is qui curationu dona habe se credit p supbiam
cordis elatus. grauius elidatur. Inde e. quod inuocan
tes nomina qs nulla merita scitatis. nec ullos spiritales
fructus habere cognoscunt. uri se eorum meritis. ac
de obsessis corpib; simulant effugari. De quib; in deute
ronomio. Si surrexerit inqt in medio tui ppheta. aut
qui somnium se dicat uidisse. & pdixerit signu atq;
portentum. & euenerit quod locut e. & dixerit tibi ea
mus & sequamr deos alienos qs ignoras. & seruiamus eis:
n audies uerba pphe illi & somniatoris. qa temptat
uos dns ds ur: ut palam fiat utru diligatis eu an non
in toto corde uro. & in tota anima ura. Et in euangelio.
Exurgent inqt pseudo xpi. & pseudo pphete: & dabt
signa magna & pdigia ita ut in errore inducant si fi
eri potest etiam electi. XXI.

QVAPROPTER nunquã debemus eos qui hec affectant
in his uirtutib; ammirari. s; potius intueamr utru uiti
oru omniu expulsione. & moru emendatione p
sint fecti. Quod utiq; n p alterius fide aut diuersitate
causarum: s; p unius cuiusq; studio di gra dispensante
conceditur. Hec nanq; e actualis scientia. q alio uoca
bulo caritas nuncupatur: & uniuersis linguis hominu
& angelorum & plenitudini fidei que etiã montes
transferat. & omni scientie ac pphetie. & erogationi

omnium facultatum. ipsisq; postremo glo̅so martyrio
ap̅lica auctoritate p̅fertur. Nam cu̅ dinumerasset
uniuersa carismatum genera atq; dixisset. alii dat̅ p
sp̅m sermo sapientie. alii sermo scientie. alii fides. alii
gr̅a sanitatum. alii op̅atio uirtutu̅. & reliqua de cari
tate dictur̅ quemadmodu̅ eam cunctis p̅tulerit caris
matib; paucis aduertite. Et adhuc mq̅t supra modu̅
excellentiorem uobis uiam demonstro. P quod euiden
t̅ ostendit̅ p̅fectionis ac beatitudinis summa̅ n̅ in illoꝝ
mirabilium op̅atione. s; in caritatis puritate consistere.
Nec immerito. Om̅ia cum illa euacuanda ac destruen
da sunt. karitas uero p̅petuo p̅mansura. Ideoq; a
patrib; nr̅is op̅a ista signoru̅ nequaqua̅ uidem̅ affec
tata. quinimmo cum ea sp̅c s̅ci gratia possiderent. nu̅
qua̅ exercere uoluerunt. n̅ forte extrema illos & ineui
tabilis necessitas coartasset.

Sicut & ab abbate machario q̅ habitatione̅ scite
sothice solitudinis p̅m̅ inuenit. mortuu̅ esse sus
citatu̅ reminiscim̅. Nam cum heretic̅ quida̅ q̅ eu
nomii p̅fidiam sectabat̅. sinceritate̅ catholice fidei ar
te dialectica subuertere conaret̅. magna̅ q; ia̅ ho̅ium
multitudine̅ decepisset. rogatus a catholicis uiris qui
ruina atq; subuersionib; ante grauissime mouebant̅
beatus machari̅ ut simplicitate̅ totius egipti ab infide
litatis naufragio liberaret. aduenit. Quem cum heretic̅
arte dialectica fuisset aggressus. & aristotilicas ignoran
ti spinas uellet adducere. beat̅ machari̅ ap̅lica multilo
quium ei̅ breuitate concludens. n̅ .e̅. inquit in uerbo reg
num di̅. s; in uirtute. Eam̅ g̅ ad sepulchra. & nom̅ dn̅i
sup̅ mortuu̅ q̅ p̅mus inuentus fuerit inuocem̅. & sicut
scriptum ē. ostendam̅ ex op̅ib; fidem nr̅am. ut manifestis
sima recte fidei documenta ei̅ testimonio declarent̅.

& pſpicuam ueritatē n̄ inanē diſputatione uerborū.
ſ; uirtute ſignorum & illo quod n̄ pōt falli iudicio con
pbem̄. Quo audito hereticus coram circumſtanti plebe
pudore conſtrictꝰ. cum ad pſenſ pbere ſe conditioni p
poſite ſimulaſſet aſſenſū. ſeq; affuturū in craſtinum
pmiſiſſet: poſtero die expectantib; uniuerſiſ q̄ ſtudio
ſuiſ ad condictum ſpectaculi huiuſ locū cupiditate
confluxerant. exteritꝰ conſcientia ſue infidelitatiſ au
fugit. ac penituſ ab uniuerſa egipto tranſmigrauit.
Quem cum beatꝰ machariꝰ uſq; ad horam nonā cum
poplīs pſtolatuſ p ſua conſcientia declinaſſe uidiſ
ſet. aſſumenſ plebem q̄ ab illo fuerat deprauata:
ad condicta ſepulchra prexit. Hunc autē egiptiiſ mo
rem nili fluminiſ inuexit eluuieſ. ut qm̄ uniuerſa
illiuſ latitudo inſtar inmenſi pelagi n̄ paruo anni tē
pore ſolita aquarum eruptione contegitū. ita ut nul
la cuiquam uiandi copia n̄ lintrorū tranſuectione
tribuatur: corpa mortuorū pigmtiſ condita redolen
tib; meditorib; cellulis recondantur. Nam madenſe
brietate contigua trē illiuſ. ſolum: humandi arcet of
ficium. Si qua enim cadauera defoſſa ſuſcepit: euo
mere ad ſupficiem ſuam inundationū nimietate cō
pellitē. Cum ḡ antiquiſſimo cuidā cadaueri beatuſ
machariuſ aſtitiſſet: o homo inqt ſi ueniſſet huc
mecum hereticꝰ ille filiuſ pditioniſ. & aſtante ipſo no
m̄ xpi dīmei inuocanſ exclamaſſem. utrum ne coram
hiſ qui pene eiuſ fraude fuerant ſubuerſi. ſurrecturꝰ
fuiſſeſ edicito. Tunc ille conſurgenſ annuentiſ uoce
reſpondit. Quem interrogans abbaſ machariuſ q̄d
nam fuiſſet aliquando cum frueretē hac uita. ul' in q̄
hominum fuiſſet etate. aut ſi nomē xpi tunc tempiſ
cognouiſſet: ille ſub antiquiſſimiſ regib; ſe uixiſſe reſ

pondit. xpi q; nomen aſſerunt illiſ ſe nec audiſſe temporib;
Cui rurſuſ abbaſ macharius dormi inquit in pace. Cum ce
teriſ in tuo ordine a xpo in fine temporum ſuſcitandꝰ. Hec
ḡ eiuſ uirtuſ & gr̄a quamuiſ in ipſo fuit ſemp̄ fortaſſe latu
iſſet. niſi eum neceſſitaſ totiuſ p̄uincie p̄iclitant̄ & erga xp̄m
plena deuotio amorq; ſinceruſ. iſtud exercere miracl̄m
compuliſſet. Qđ utiq; ut ab eo fieret n̄ oſtentatio gl̄e
ſ; caritaſ xpi. & totiuſ plebiſ extorſit utilitaſ. ut be
atum quoq; heliam feciſſe regnorum lectio manifeſtat.
qui ignem de celo ſup hoſtiaſ impoſitaſ pire. i. certo po
ſtulauit deſcende. ut p̄iclitantē pſeudo pphārum
p̄ſtigiiſ fidem totiuſ popli liberaret.

Quid etiam abbatiſ abrahe geſta cōmemorem. qui
ΑΠΡΑΟΙΟ. id eſt ſimplex p ſimplicitate morū & in
nocentia cognominat̄. Qui cum metendi gr̄a ad
egiptum de heremo dieb; quinquageſime p̄rexiſſet. & a
muliere quadam paruulū ſuum lactiſ inopia iam ta
bidum atq; ſeminecem pferente lacrimoſiſ precib; fuiſ
ſet obſtrictuſ. calicē aque potandū in ipſo cruciſ ſig
naculo dedit. Cuiꝰ hauſtu confeſtī mirū in modum arida
iam penituſ ubera. copia lactiſ redundante fluxerūt.

Vel cum idem ipſe pgenſ ad uicum.
circumdatuſ eſt illudentium turbiſ. Que ſubſannan
teſ oſtendebant ei quendā hoīem contractū genu
multiſ iam anniſ greſſuſ officio deſtitutū. & antiqua
debilitate reptantem. ac temptanteſ eum oſtende aiebant
abba abraham ſi ſeruuſ dī eſ. & reſtitue hunc p̄ſtine ſa
nitati. ut nomē xpi quem coliſ uanū n̄ eſſe credamꝰ. Tunc
ille confeſtim inuocato nomine xpi. inclinanſ ſe. & app̄
hendenſ aridū pedem hoīſ traxit. Cuiꝰ tactu continuo
ſiccum genu incuruū q; directum eſt ac recepto uſu greſ
ſuum quem obliuioni iam tradiderat annoſa debilitaſ.

H letuſ abſceſſit.
ii itaq; uiri nich ſibi ꝑ talium mirabilium uirtute
donabant. quia ñ hec ſuo merito agi. ſ; diuinȩ miſericordia
fatebantur. apl̄icꝭ uerbiſ in admiratione ſignorum
humanā gl̄am refutanteſ. Viri fr̄s. quid miramini in hoc
aut in noſ q̄d intuemini. q̄ſi nr̄a uirtute aut pietate fecerí
m⁹ hunc ambulare. Hec quemquā in donis ac mirabilib;
dī. ſ; potiuſ ex ꝑiſ uirtutum fructib; p̄dicandum eſſe cenſe
bant. q̄ induſtria mentiſ & operum uirtute generant̄. Ple
rumq; enim ut ſupra iam dictum. homineſ mente corrupti
ep̄bi circa fidem. in nomine dn̄i & demonia expellunt.
& uirtuteſ maximaſ operantur. De quib; cum apl̄i cauſa
rent̄ & dicerent. p̄ceptor uidim⁹ quendam in nomine tuo
eicientem demonia & ꝓhibuimuſ eū. q̄ ñ ſequit̄ nobiſcū.
licet eiſdem ad preſenſ reſponderit xp̄c. nolite ꝓhibere.
q̄ enim ñ ē. aduerſum uoſ p uobiſ eſt. tam̄ inane eiſ dicen
tib; dn̄e dn̄e. nonne in nomine tuo ꝓph̄auim⁹. & in tuo
nomine demonia eiecim⁹. & in tuo nomine uirtuteſ mul
taſ fecim⁹ reſponſurum ſe eſſe teſtat̄ q̄ ñ noui uoſ. diſce
dite a me opariſ iniquitatiſ. Et iccirco etiam iſtoſ quib;
hanc gl̄am ſignorum atq; uirtutū p merito ſc̄itatiſ ip
ſe conceſſit. ne in hiiſ extollantur admonet dicenſ.
Nolite gaudere q̄ demonia uob̄ ſubiciuntur. gaude
te aut̄ q̄ nomina ur̄a ſcripta ſunt in celiſ.
Deniq; ipſe auctor ſignorum omnium atq; uirtutū
cum ad doctrine ſue magiſterium diſcipl̄oſ ad
uocaret. q̄d ab eo ueri atq; electiſſimi ſectatoreſ
peculiarit̄ diſcere deberent. euident̄ oſtendit. Venite in
quit & diſcite a me non utiq; ut demoneſ celeſti poteſta
te pellatiſ. ñ ut lepſoſ emundetiſ. ñ ut cecoſ illumine
tiſ. ñ ut mortuoſ ſuſcitetiſ. Hec enim etiā ſi p quoſdā
ſeruoſ meoſ opor. ñ poteſt ſe inſerere laudib; dī huma
na

conditio. nec ullam sibi in hoc minister et famulus decer
pere portionem: sibi solius divinitatis est gratia. Vos autem inquit
hoc discite a me quia mitis sum et humilis corde. hoc est enim
quod cunctis generaliter et exercere et discere possibile est.
opera autem signorum atque virtutum. nec semper necessaria.
nec omnibus commoda sunt: nec omnibus conceduntur. Hu
militas ergo omnium magistra virtutum. ipsa est celestis edificii
firmissimum fundamentum: ipsa est donum proprium atque mag
nificum salvatoris. Etenim universa miracula que christus
operatus est. sine periculo elationis exercet: qui mitem dominum
sublimitate signorum sed patientie atque humilitatis virtu
te sectatur. Qui nunc inmundis spiritibus imperare. aut languen
tibus sanitatum dona conferre. aut aliquod signum mira
bile populis gestit ostendere: quamvis in ostentationibus suis
christi invocet nomen. tamen alienus a christo est: quia humilitatis
magistrum superba mente consequitur. Nam etiam cum ad patrem
means quoddam ut ita dixerim condiderit testamentum. hoc
discipulis dereliquit. Mandatum inquit novum do vobis:
ut diligatis invicem. Statimque subiunxit. In hoc cognoscent
omnes quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis ad invi
cem. Non ait si signa atque virtutes feceritis: sed si dilectio
nem habueritis ad invicem. quam certum est non humiles atque
mites servare non posse. Quapropter numquam monachos probos.
nec morbo cenodoxie vacuos nostri maiores esse dixerunt.
qui semetipsos exorcistas coram hominibus profitentur: et inter
admirantium turbas hanc quam meruerunt vel presum
pserunt gratiam. iactantissima ostentatione defamant.
Sed in cassum. Qui enim nititur mendaciis hic pascet ven
tos. idem autem ipse sequitur aves volantes. Sine dubio
adveniet eis illud quod in proverbiis dicitur: sicut venti et nubes
et pluvie manifestissime sunt: ita qui gloriantur in dato fal
so. Et ideo si quis coram nobis horum aliquid fecerit. non de

ammiratione ſignorum ſ; de ornatu morū debet apud
noſ eſſe laudabiliſ. nec utrū demonia ei ſubiecta ſint ſ;
utrum karitatiſ menbra que deſcribit apl̄ſ poſſideat.

Et re vera maiuſ miraclm̄ ingrendum.
.ē. de ppria carne fomitē eradicare luxurie. quā ex
pellere inmundoſ ſpc̄ de corporib; alieniſ. Et
magnificentiuſ ſignum. uirtute patientie truculentoſ
motuſ iracundie cohercere. quam aeriiſ pncipib;
imparē. Pluſ q; eſt excluſiſſe edaciſſimoſ de corde
pprio triſticie morſuſ. quam inualitudineſ alteriuſ
febreſq; corpeaſ expuliſſe. Poſtremo multiſ modiſ
pclarior uirtuſ ſullimiorq; pfectuſ. anime pprie
curare languoreſ. quam corpiſ alieni. Quanto eni
hec ſublimior carne eſt. tanto preſtantior eiſ ſal.
Quanto q; pſtantioriſ. excellentioriſq; ſubſtantie.
tanto grauioriſ & ruine.

Et de illiſ quidem curationib; ita beatiſſimiſ apliſ
dr̄. Nolite gaudēe qr demonia uob ſubiciunt.
Hoc enim faciebat n̄ eorum poteſtaſ. ſ; uirtuſ no
minis inuocati. Et idcirco monent ut ex hac parte nich
ſibi beatitudiniſ aut glē audeant uendicare. que di
tantum potentia ac uirtute pficit. ſ; ex illa uite ſue
cordiſq; intima puritate. ob quā nomina eorū inſcribi
merentur in celo.

Et ut hoc ipſum quod dixim⁹ uł teſtimoniiſ ue
terum uł diuiniſ oracliſ appbem⁹. quid beat
paſnutiuſ uł de ammiratione ſignorū uł de gr̄a
ſenſerit puritatiſ. immo quid angli reuelatione cog
nouerit. ipſiuſ uerbiſ atq; expimentiſ recti pſeq
m⁹. Hic nanq; ita multiſ uigenſ annis diſtrictione p
cipua. ut crederet ſe etiā carnaliſ concupiſcentie laq
iſ penituſ abſolutū. eo qđ cunctiſ infeſtationib; demonū

quib; diu apte q; confli xerat. superiorem se factum esse
sentiret. Dum uero aduenientib; uiris scis pulmentum lenticle
quod illi atiran nominant p̄pararet. manus ei in cliba
no ut assolet flamma superuolante combusta. Quo
facto tristificatus magnum in modum cepit secum tacitus
uoluere. cur inquiens mecum n̄ habet pacē. cū duriora
m̄ demonum cesserint p̄lia. aut quemadmodum me in
illo metuendo examinis die ptransiturum. ille ignis in
extinguibil. & inquisitor meritorum omnium non tenebit.
quem nunc extrinsecus hic temporalis ac paruulus n̄ pepercit.
C umq; estuanti huiuscemodi cogitationib; atq; tristicia
sopor subitus obrepsisset. aduenienis angls dn̄i cur inquit
pafnuti tristis es quod necdum t̄ placatus sit ignis iste
terrenus. cum adhuc resideat in menbris tuis carnali
um motus. necdum ad purum excocta cōmotio. Qui
radices donec in tuis uiuunt medullis. ignem istum ma
terialem nequaquā t̄ pacificum esse p̄mittent. Quē
utiq; innoxium alias sentire n̄ poteris. n̄ omis inter nos
motus hisindiciis in temetipso expiaris extinctos. Uade
& app̄hende nudam & pulcherrimā uirginē. & si illā
tenens tranquillitatē tui cordis imobilem. estusq; car
nales pacificos inte senseris p̄durasse. huius q; uisibilis
flamme mitis atq; innoxius in modū illorū triū in ba
bilonia puerorū te allambet attactus. Itaq; senex
huiusmodi reuelatione p̄culsus. n̄ quidē experimenta di
uine demonstrati picta consuluit. s; interrogans con
scientiam suā & puritatem sui cord examinans nec
adhuc pondus castimonie huius p̄bationis ponderi com
pensari coniectans. nimirum. aut si cedentib; imun
dorum spirituum plus. adustiones ignis q's dirissimis con
gressib; demonum esse credebam. aduersum me sense
rim seuientes. Maior quippe ē. uirtus ac sublimior gra

internam libidinem carnis extinguere. quam nequitias demonum extrinsecus irruentes. signo di ac uirtute altissime potentie subiugare. ut de obsessis corporib; nocius diuini inuocatione ppellere. Huc usq; abbas nesterus orationē de uera karismatū opatione consummans. nos ad senis ioseph cellam que sex ferme milib; ab ipso aberat pperantes. doctrine sue institutione pfecit est.

Explicit collatio abbatis nesterotis. de karismatibus diuinis.

Quomodo abbati abrahe cogitationū nrarū pdiderim. Item anachoreta.

Quomodo senex nros patefecit errores.

De qualitate locorū que ab anachoretis expeti debeant.

Que a solitariis opationū genera eligi debeant. Item anxietas.

Quod euagatione corporis grauetur mag. quam eleuet. cordis sanct.

Ad quam compationē cogitationes suas monach' debeat

Interrogatio cur obesse nobis parentū uicinia. Item custodire putaretur. quā in egipto consistentib; n obesset.

Responsio quod non omnib; conueniant omnia.

Quod hi possint parentum uicinia n timere. quā abbatis apollo mortificationē potuerunt emulari. Item suggerant.

Interrogatio an obsit monacho si a parentib; ei necessaria

Responsio quid beat' & sci antoni' sup hoc pnuntiauerit.

De utilitate opationis & otii detrimento.

Fabula de tonsoris mercede composita. ad illusiones diaboli cognoscendas.

Unde nobis talium cogitationū error irrepserit.

Responsio de tripticio anime motu. Item succumbat.

Rationabilem anime nre partē fuisse corruptā. Item

Quod infirmior pars aīe diabolicis temptationib; pina.

Interrogatio an utili desidio maioris silentii rechem adspa

Responsio de illusione diaboli eo quod uastioris solitudinis requiem repmittat.

Q uam utilis remissio in aduentu fratrum. dicatur.
Q uomodo euangelista iohannes utilitatem remissionis ostenderit.
I nterrogatio qualiter interrogandum sit quod in euangelio dicitur:
iugum meum suaue est & onus meum leue.
R esponsio cum expositione sententie.
C ur amarum iugum & graue onus domini sentiatur.
Q uid utilitatis conferat temptationum incursio.
Q uemadmodum perfecte renuntiantibus centuplum in hoc mun
do repromittatur. EXPLICIT COLLATIO ABBATIS NESTEROTIS DE
KARISMATIBUS DIVINIS. INCIPIT CAP.

QUARTA ATQUE VICESIMA

Q uista collatio abbatis abraham christo
fauente perducta. omnium seniorum
traditiones atque instituta conclu
dens: qua uiris orationibus consumma
ta uiginti quattuor seniorum illorum qui in
sancta apocalipsi coronas suas agno offerre dicuntur:
numero mistico congruente cunctarum promissionum
nostrarum debitis nos credimus absoluendos. Si qua
proinde gratia hi uiginti quattuor senes nostri ob institutionis sue
meritum fuerint coronati: illi quoque pro salute mundi immo
lati est agno prostrati sunt capitibus oblaturi. Ipse enim
& illis tam eximium sensum. & nobis qualemcumque sermonem
quo tanta profunditas promereretur. propter honorem nominis sui
donare dignatus est: & necesse est ut ad auctorem bonorum
omnium merita muneris sui referantur. II.

I gitur ad hunc abraham inpugnationem cogitationum nostrarum
anxia confessione (confusione) detulimus. quod ad repetendam prouinciam
nostram. atque reuisitandos parentes cotidianis animi
estibus urgebamur. Hinc & enim nobis maxima desidiorum
nascebatur occasio: quod tanta religione atque pietate
parentes nostros predictos recordabamur: ut eos nequaquam

impedituros nostrum propositum presumerem. Hoc igitur mente
uoluentes: quod perfectum magis ex illorum esset assiduitate
capturi. nullaque nos corporalium rerum sollicitudine nullis
prospiciendi uictus distentionibus occupandos: illis affatim
omnem cum gaudio prebitionem nostre necessitatis explentibus.
Insuper etiam spe inanium gaudiorum animum pascebamus:
credentes fructum nos maximum percepturos de conuersione
multorum. qui uel ut nostro essent ad uiam salutis exemplo ac
monitis dirigendi. Tum preterea ipsorum locorum situs in
quibus erat auita possessio ipsarumque amenitas iocunda
regionum ante oculos pingebatur: quam grate et congrue
solitudinis spaciis tenderetur. ita ut non solum delectare
monachum possent secreta siluarum: sed etiam maxima uictus
prebere compendia. Que omnia predicto seni cum secundum fidem
conscientie nostre simpliciter panderemus: nec iam impugnati-
onum uim tolerare nos posse. nisi nobis per illius medicinam digna-
tio subuenisset. profusis lacrimis testaremur: tacitus ille diuque
cunctatus. atque ad extremum grauiter ingemiscens dixit.

NEC VOS UOS desideriis renuntiasse
mundanis. nec mortificasse concupiscentias uestras:
nas: cogitationum uestrarum prodit infirmitas. Nam sic
desidiam cordis uestri ac desideriorum uestrorum peruagatio protesta-
tur. hanc peregrinationem ac parentum absentiam quam mente
potius suscipere debuistis: carne tantummodo sustinetis. Se-
pulta enim hec omnia ac de cordibus uestris euulsa penitus
iam fuissent: si uel rationem ipsius abrenuntiationis uel
principalem solitudinis causam in qua consistimus cepissetis.
Ideoque uos illa otii egritudine sentio laborare: quem
prouerbiis ita notatur. In desideriis est omnis otiosus.
Et iterum. Desideria pigrum occidunt. Nam et nobis
potuerant hec que commemorastis carnalium commodo-
rum non deesse compendia. si credidissemus ea nostro conuenire

proposito: aut talem ex illis amenitatum uoluptatibus fructum
nobis iudicassemus posse conferri. qualem iste: qui de locorum
squalore et corporis contritione conquiritur. Nec sumus ita
parentum solatio destituti. ut nobis desint qui de suis sub
stantiis sustentare nos gaudeant: nisi nobis illa sententia sal
uatoris occurrens quicquid ad uotum huius pertinet carnis
excluderet qua dicitur: Qui non reliquerit siue oderit patrem. et
matrem. et filios. et fratres et sorores: non potest meus esse disci
pulus. Quod si parentum quoque presidio essemus omnimodis de
solati: ut potentium mundi istius obsequia deesse non possent.
qui promptissima largitate necessitatibus nostris cum omni gratiarum
actione subministrare gauderent: quorum munificentia
sustentati. parandi uictus sollicitudine careremus. nisi nos
uehementer illa prophetica maledictio deterreret. Nam
maledictus inquit homo qui spem suam in homine. Et noli
te confidere in principibus. Potuimus etiam cellulas nostras
super nili fluminis alueum collocantes aquam saltem habere
pro foribus. nec eam e quattuor milibus passuum nostris cogeremur
deferre ceruicibus: nisi nos ad tolerantiam laboris istius inde
fessos beatus apostolus redderet hoc animante eloquio. Unus
quisque inquiens mercedem accipiet secundum proprium laborem.
Nec ignoramus etiam nonnulla esse in regionibus nostris amena se
creta. in quibus pomorum copia. et hortorum gratia. uel uber
tas. necessitatem uictus nostri minimo labore corporis expe
diret: nisi impingendam nobis illam exprobrationem que
ad illum in euangelio directa est diuitem uereremur. Quia
recepisti consolationem tuam in uita tua. Sed despectis omni
bus illis. et cum uniuersa mundi huius uoluptate contem
ptis: his tantum squaloribus delectamur. uniuersisque deli
ciis horrendam solitudinis istius preferimus uastitatem.
Neque huic arenarum amaritudini quantaslibet uberis
glebe diuitias comparamus: non temporalia huius corporis lucra.

sed eterna spiritalia emolumenta sectantes. Parum est enim renun-
ciasse monachum semel, id est in primordio conversationis
sue contempsisse presentia, nisi eis cotidie renuntiare perstiterit
usque ad finem. Namque huius vite illud nobis est cum propheta.
Et diem hominis non desideravi tu scis. Unde et dominus in evan-
gelio. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tol-
lat crucem suam cotidie et sequatur me. III

Et icirco ei qui de interioris hominis puritate per-
vigilem sollicitudinem gerit, expetenda sunt lo-
ca que mentem eius nulla ad culture distentionem
ubertatis sue fecunditate sollicitent, nec de cellule fixa
ac immobili statione perturbent, aut ad aliquod subdiva-
le opus prodire compellant. Et ita velut in apertum effusis
cogitationibus omnem mentis directionem ac subtilissimum
certe illius destinationis intuitum per diversa dispergat. Que
quidem a nemine prorsus quamvis sollicito ac vigilanti
vel caveri poterunt vel videri, nisi qui corpus atque animum
suum iugiter intra parietum septa concluserit, ut ita ve-
lut piscator egregius victum sibi apostolica arte prospiciens,
in tranquillissimo cordis sui profundo agmina cogitationum
natantia intentus atque immobilis captet, et tamquam de
prominenti scopulo curiose profunda prospectans quas ad se
hamo attrahere debeat salutari, quasve tamquam malos
et noxios pisces negligat et refutet, sagaci discretione di-
IN hac ergo unusquisque custodia IIII iudicet.
iugiter perseverans, efficaciter illud implebit quod per abachuc
prophetam satis evidenter exprimitur. Super custodiam meam stabo,
et ascendam super petram, et speculabor ut videam quid loquatur
in me, et quid respondeam ad arguentem me. Quod quanti
laboris ac difficultatis sit, experimentis illorum qui in illa ca-
lamitate sive in porfirionis heremo commorantur manife-
stissime comprobatur. Nam cum longiore solitudinis intervallo

ab universis urbibus & habitaculis hominum quam here
mi secreti dividant, septem siquidem vel octo mansionibus
vastissime solitudinis deserta penetrantes. vix ad cellarum
suarum secreta perveniunt. tamen quia illic agriculture dediti
claustris minime cohibentur: cum ad hec squalida in quibus
degimus ut ad illa scithiotica venerint loca, tantis cogita
tionum estibus tanta animi anxietate vexantur. ut quasi
rudes & qui solitudinis exercitia ne levi quidem aliquan
do contigerint: commorationem celle & quietis silentia
tolerare non possint atque ex eis statim exire tamquam expertes
ac novitii perurgeantur. Non enim sedare interioris hominis
motus. & cogitationum suarum tempestatibus obviare iugi
sollicitudine ac perseveranti intentione didicerunt: qui
subdivalibus cotidie operibus desudantes tota die sub aeria
inanitate non solum carne verum etiam mente pervolitant. &
cogitationes suas cum mobilitate corporea passim in aperto
diffundunt. Et iccirco nec multivolam animi sui sentiunt
vanitatem. nec eius lubricos possunt cohercere discursus:
& contritionem spiritus non ferentes intolerabilem sibi ipsam si
lentii sui estimant iugitatem. ac laboriosis ruris operibus in
defessi vincuntur otio: & quietis sue diuturnitate lassantur.

Nec mirum sit in cella quis residens quasi
intra artissimum claustrum cogitationibus congrega
tis. anxietatum multitudine suffocetur. que de carce
ribus habitaculi prorumpentes: continuo velut equi effrenes per di
versa pervolitant. Sed cum ad presens de suis velut stabulis
evagentur: capitur statim aliquod ut breve ac triste solatium.
in vetero corpore ad cellam propriam remeante rursus quasi
ad sedem suam cuncta cogitationum caterva resurgente:
graviores excitat stimulos ipsa inveterate licentie consue
tudo. His ergo qui necdum possunt nec norunt voluptatum
suarum instigationibus reluctari. cum acedia pectus

in solitum uehementius impugnante intra cellam fuerint
anxiati. si progrediendi sepius libertatem sibi remissa di
strictionis lege concesserint: acriorem aduersum se
pestem hoc putant remedio suscitabunt. sicut gelidis
sime aque haustu uim innatum febrium quidam restin
guere posse se credunt. cum utique accendi ex hoc ignem
illum constet potius quam sedari. Siquidem momentaneam
illam releuationem: multo grauior consequitur afflictio.
Quamobrem ita monachi omnis intentio in unum semper est de
figenda cunctarumque cogitationum eius ortus atque circuitus
in idipsum id est ad memoriam dei strenue reuocandi sunt.
uelut si quis teretis absidae cameram uolens in sublime con
cludere. subtilissimi illius centri lineam iugiter circumducat.
ac secundum illius certissimam normam. omnem rotunditatis pa
ritatem et structure colligat disciplinam. Quod cum eam absque
illius medietatis examine consummare. quamuis summa ar
tis ingenii presumptione temptauerit: inpossibile est
ut equalitatem circuitus illius sine errore custodiat. aut
quantum uere rotunditatis pulchritudini errando sub
traxerit. solo deprehendat aspectu. nisi ad illum indicem ue
ritatis semper recurrens. atque eius arbitrio interiorem
operis sui ambitum exterioremque castigans. tam excelse
magnitudinem molis unius puncti lege concludat. Ita
etiam mens nostra nisi solam domini karitatem uelut centrum
immobiliter fixum per uniuersa operum molitionumque
nostrarum momenta circumagens. probabili ut ita dixerim
circino karitatis. omnium cogitationum uel aptauerit uel
reppulerit qualitatem: nequaquam structuram illam edificii
spiritalis cuius paulus est architectus probabili arte molietur.
nec pulcritudinem domus illius possidebit. quam beatus
dauid in corde suo domino cupiens exhibere. domine inquit
dilexi decorem domus tue et locum habitationis glo

tuę. s; indecoram in corde suo atq; indignam spu sco
domum continuoq; lapsurā imprudent̄ attollet. non
glificandus beati cohabitatoris hospicio. s; ruina con
structionis suę lugubrit̄ opprimendus. VI
GERMANVS. Satis utili ac necessario p̄cipit̄ insti
tuto hoc opum gen⁹. qd intra cellam exerceri pot.
Etenim n̄ solum exemplo beatitudinis urę aplica
rum uirtutum auctoritate fundate uerum etiā experien
tię nrę testimonio cōmoditas hui⁹ rei nob̄ sepe cōpta.
S; parentum uicinia quā nec uos nimiū respuistis. cur
tantope a nobis debeat euitari. n̄ satis claret. Qū eni
uos in omni pfectionis uia irrepr̄hensibilit̄ incedentes
n̄ solum in ppriis regionib; residere. s; nec longe a uicos
suis quosdam recessisse cernam⁹. cur id quod nobis
noxium n̄ est nobis putetur aduersum. VII
ABRAHAM. Nonnumquā mala ex bonis rebus
sumi uidem⁹ exempla. Nam si eadem quis agere
n̄ eodem affectu atq; pposito aut dissimili uir
tute psumpserit. pfecto exinde laqueum deceptio
nis ac mortis incurrit. unde & alii ęterne uitę fruct⁹
adquirit. Qd ille quoq; manu fortis puer bellicosissi
mo giganti illi in certamine compatus. haut dubie pti
lisset. si uirilib; atq; fortissimis saulis armis iuuenis fu
isset indutus. de quib; ętas robustior innumeras hostiū
pstrauisset cateruas. Hec indubitatā p̄meio potuerit
inferre pnitiem. n̄ prudenti discretione congrua. ado
lescentię suę armorum genera delegisset. & aduersus
hostem teterrimum n̄ lorica aut clipeo quib; ceteros
uidebat instructos. s; illis quib; ipse dimicare poterat
telis fuisset armatus. Quamobrē mensuram uirtū sua
rum conuenit unumquemq; urm diligenti ante

penſare. atq; ad eiuſ modulum arripe quā libuerit
diſciplinam. Quamuiſ enim omneſ utileſ ſint: tamen
apte cunctiſ cuncte eſſe non poſſunt. Non enim quia
bona ē anachoreſiſ. uniuerſiſ eam congruam compba
m⁹. A multiſ enim n̄ ſolum infructuoſa. ſ; etiam pniti
oſa ſentitur. Hec quia inſtitutionē cenobiorum: ut̄
curam frm̄ ſcām atq; laudabilem merito pfitemur:
icirco ab uniuerſiſ eam expetendam eſſe cenſemus.
ita etiam xenodochii uberrim⁹ fructuſ ē: ſ; ab omnib;
expeti ſine patientie n̄ pot̄ detrimento. Pinde pmum
regioniſ uſ͞e atq; huiuſ inter ſe penſanda ſunt inſtitu
ta: deinde uireſ hominum iugi ut̄ uirtutum ut̄ uitioꝝ
aſſiduitate collecte. diuerſa inuicem lance trutinan
de. fieri & enim pot̄ ut qđ alteri⁹ gentiſ hominib; arduū
atq; impoſſibile eſt: hoc aliiſ inſita conſuetudo quo
dam m̊ uerterit in naturam: ſicut nationeſ quedam
ingenti plagarum diuerſitate diſiuncte magnam uī
frigoriſ ut̄ ardorem ſoliſ abſq; ullo corpiſ pferunt te
gumento. que utiq; alii illam celi inclementiā n̄ exp
ti quanti uiſ roboriſ fuerint ſuſtentare n̄ poſſint:
ita etiam noſ qui ſummo animi & corpiſ niſu in hac
regione dumtaxat quaſi naturam patrie uſ͞e in mul
tiſ impugnare conamini diligent̄ expendite. utrū in
illiſ torpidiſ ut fama ē regionib; & uelut frigore nimi
e infidelitatiſ obſtrictiſ. hanc ut ita dixerim nuditatē
ſuſtentare poſſitiſ. Nrīſ enim iſtā pposita fortitudi
nem naturalit̄ quodam m̊ indidit ſcē conuerſationiſ
antiquitaſ. quorum ſi conſtantie ~~ſi conſtantie~~ atq;
uirtuti pareſ uoſ eſſe cernitiſ: uitam iam parentum
frm q; uxorum ſimilit̄ fugere n̄ debetiſ. V

Vt uero ad certum diſtrictioniſ exām̄ uirīarum ...

rium quantitatem metiri congrua estimatione possitis: cuiusdam uobis senis id est abbatis apollo factum breui ter indicabo. ut si uos intimum cordis uestri examen huius proposito atque uirtute haut inferiores esse censuerit: absque iactura profectus uestri professionis que pristino patrie inhabitationem ac parentum uicinitatem presumatis. certa quod districtionem humilitatis huius quam uobis in hac prouincia non solum uoluntas sed etiam necessitas peregrinationis extorquet: propinquitatis affectus aut locorum oblectatio non possit euincere. Ad hunc ergo quem prediximus senem cum germanus suus intempesta nocte uenisset: implorans ut de monasterio suo paulisper egressus ad euellendum bouem quem ceno palustri eminus inherere flebiliter querebatur ei esset auxilio. quia eum solus nequaquam posset eruere: abbas apollo pertinaciter obsecranti. cur inquit iuniorem fratrem nostrum quem preteriens propiorem quam me habueras non rogasti: Cumque ille eum mortem olim sepulti fratris oblitum & ex nimia continentie ac solitudinis iugitate uelut impotem mentis existimans respondisset. quemadmodum poteram de sepulchro eum qui ante annos quindecim obiit reuocare: abbas apollo ait. Ignoras ergo me quoque ante annos uiginti huic mundo fuisse defunctum. nulla que iam posse de huius celle sepulchro que ad presentis uite pertinent statum tibi conferre solatia. quem intantum christus ab intentione mortificationis arrepte ut modicum ad extrahendum bouem tuum non patitur relaxari: ut ne breuissimi quidem momenti indutias pro patris indulserit sepultura. que multo utique celerius honestius. religiosius. fuerat exhibenda: Rimamini itaque nunc archana pectoris uestri prudenter que conicite. an talem etiam uos iuxta parentes uestros districtionem mentis iugiter retentare

poſſitiſ. Cumq; uoſ in hac animi mortificatione conſi
mileſ eidem ſenſeritiſ: tunc demum ſcitote parentum
frm q; uiciniam uobiſ q; ſimilit̃ noxiam ñ futurã. uo
ſcilicet eiſ quamuiſ in pximo conſtitutiſ uelut mortuoſ
ita ut nec illoſ ũriſ fouere ſolatiiſ. nec uoſ illorũ ſina
tiſ obſequiiſ relaxari.

GERMANUS. Sup hoc plane iam nullum ambigu
itati locum ulteriuſ reliquiſti. Certi & enim
ſum⁹ tam preſentiſ hui⁹ habituſ utilitatem quã
cotidiana hec nudipedalia in illorum uicinia nullate
ñ exercere noſ poſſe: ſ; nec labore quidem illic ſimili ea
que ſunt ad uictum neceſſaria puiſuroſ. ſicut hic etiã
ipſam cotidie aquam certi ab; ũriſ ex trib; milib; exhibe
compellim̃. Nec ñrã enim nec illorum uerecundia hec
noſ coram illiſ omnino agere patietur. Sane q̃d ppoſi
to ñro oberit. ſ illiſ ſubminiſtrantib; uniuerſa noſ ſol
licitudine parandi uictuſ penituſ abſoluti. lectioni
tantũ & orationi opam dedim⁹. ut iſto quo ñc diſtẽhim
labore ſublato ſpiritalib; tantum ſtudiiſ intentius

ABRAHAM. Non meã cont̃ hoc incumbam.
uob̃ ſ; beati antonii ſententiã pferam: qua ille
ita cuiuſdam friſ hoc quo dictuſ tepore torpen
tiſ ſegnitiam confutauit. ut etiam nodũ uiẽ ppoſitio
niſ abſcideret. Nam cũ ad pdictũ ſenem quidã ut dyn
uenienſ anachoreticam diſciplinã minime diceret ad
mirandam. maioriſ pnuntianſ eſſe uirtutiſ ſi ea que
pfectioniſ ſunt int̃ homineſ quiſpiã quam in heremo
poſituſ exerceret: beatuſ antoniuſ ubi nã ipſe conſiſte
ret pcunctat̃. Cumq; ille ſe iuxta parenteſ ſuoſ ha
bitare dixiſſet. & eorum prebitione ab omni & ſolli
citudine diurni opiſ abſolutũ lectioni tantũ & ora
oni abſq; ulla diſtentione ſpc indeſinent̃ gl̃ariet

insistere. Rursum beatus antonius. Dic inquit si de futuris
inimicorum dampnis uel aduersis casibus contristeris. pariterque
etiam nunc super eorum prosperitate congaudeas. Ille autem utrique
se fieri participem esse confessus est. Cui senex. Noveris te
inquit etiam in futuro saeculo in eorum sorte censendum.
cum quibus in hac uita augmenti detrimentiue consortio
uel gaudio uel merore concuteris. Nec hac contentus
sententia beatus antonius maiorem insuper campum disputa
tionis ingressus est. Hec inquiens conuersatio atque hic
tepidissimus status non hoc solo quod dixi te feriunt detrimen
to. licet id nunc ipse non sentias dicens quodammodo secundum
illam prouerbiorum parabolam feriErunt me sed non dolui.
& deluserunt me ego autem nesciui. uel illud quod dicitur in
propheta & comederunt alieni robur eius & ipse nesciuit.
quod scilicet diebus singulis mentem etiam per casuum uarie
tatem mutantem indesinenter ad terrena demergant. uerum
etiam quod fructum manuum tuarum & iustam laboris tui
mercedem defraudent non permittentes te horum prebitione
suffultum secundum beati apostoli regulam cotidianum uel uictum tuis
manibus preparare. Quod ille ultima ephesiorum ecclesie
principibus precepta promulgans se etiam sanctis euangelice pre
dicationis studiis occupatum. non solum sibi uerum etiam
his qui erant erga ministerium suum necessariis obse
quiis propriis edita prebuisse se memorat dicens. Ipsi scitis
quoniam ea que mihi opus erant. & his qui mecum sunt. ministra
uerunt manus iste. Quod tamen ut se fecisse pro forma
nostre utilitatis ostenderet alibi ait. Non otiosi fuimus
inter uos. neque gratis panem ab aliquo accepimus. uiuimus
sed in labore & in fatigatione nocte ac die operantes. ne
quem uestrum grauaremus. non quia non habuerimus potestatem.
sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.
Et ideo cum etiam nobis parentum presidia

n̄ deeſſent: tam̄ hanc cunctiſ opib; p̄tulimuſ nuditatem. & cotidiana corpiſ alimenta nr̄iſ malum᷒ ſudorib; preparare: quam ſecura parentum p̄bitione fulciri. laborioſiſſime huic penurie illam quam predicaſ otioſam ſcripturarum meditationē atq; infructuoſam lectioniſ inſtantiam p̄ponenteſ. Quam procul dubio libentiſſime ſectaremur: ſi hoc eſſe utiliuſ uł exemplis ſuiſ ap̄lica tradidiſſet auctoritaſ uł inſtituta ſeniorum ſalubrit̄ p̄fuiſſet.

Nouerimuſ autem te etiam hoc n̄ leuiuſ quam illo qđ ſupra diximuſ affici detrimento: q2 cum ſiſ ſani corpiſ ac robuſti. ſtipe ſuſtentariſ aliena: que iuſte ſoliſ eſt debilib; attributa. Nam utiq; omne hominū genuſ abſq; illo tantum genere monachorum qđ ſcdm̄ p̄ceptū ap̄li cotidianiſ manuū ſuarum laborib; uiuit. agapem aliene miſerationiſ expectat. Unde n̄ ſolum eoſ qui ali ſemetipſoſ etiam uł parentum facultatib; uł famulorum laborib; ſiue fundorū ſuorum fructib; gb'nantur: ſed ipſoſ etiam regeſ mundi hui᷒ agape certum ē ſuſtentari. hoc deniq; maiorum nr̄orū definitio habet. quicqđ ad neceſſitatem cotidiani uictuſ inſumit. qđ ope manuum nr̄arum effectum partum q; n̄ fuerit: ad agapem referri debere ſanxerunt. ſcdm̄ ap̄lm qui otioſiſ penituſ interdicenſ opem largitatiſ aliene. qui n̄ inquit operatur non manducet. Hiſ beatuſ antoniuſ aduerſuſ quendam uſuſ uerbiſ etiam noſ magiſterio ſui informauit exempli: ut parentum pretioſiſſima blandimenta & omnium quicquid neceſſaria ſumminiſtrant agapen inſup etiam omnem amene habitationiſ gr̄am deuitem᷒ ſqualenteſ q; naturali amaritudine arenaſ & puſtaſ ſalſa inundatione regioneſ nulli q; ob idipſum hominum iure d̄nio q; ſubiectaſ. cunctiſ hui᷒ mundi opib; p̄ponam᷒: ut non ſolum frequentiaſ hominū obtentu uaſte ſolitudiniſ declinem᷒.

s; etiam ut nequaquam ad qualiscumq; culturę distentio
nem uberi soli natura sollicitet. p quam mens ab illa pnci
pali cordis obseruatione distracta: spiritalib; studiis red
datur effeta.

NAM quod alios quoq; saluare uos posse confiditis.
& spe maioris lucri ad reuisendam patriam festi
natis: audite etiam sup hoc quandam abbatis
macharii fabulam iocundissime & aptissime figuratā.
quam & ille cuidam similib; desideriis estuanti medicina.
oportunissime narrationis ingessit. Erat inquit in ci
uitate quadam pitissimus tonsor qui denariis ternis
unumquemq; detondens uilem tenuemq; mercedem sui
opis adquirendo. ex hac eadem quantitate necessaria
uictui cotidie comparabat: centumq; denarios expleta
omni corpis cura marsupio suo dieb; singulis inferebat.
S; cum indesinent hunc conderet questum: audiuit
in quadam longe posita ciuitate singulorū solidorum
singłos homines tonsori prebere mercedem. Quo ille cō
pto: quamdiu inquit ero hac mendicitate contentus.
ut trium denariorum stipē cum labore conquirā. cū
possim illo pgens ingentia solidorū questu diuitias
congregare. Itaq; sumens artis suę ptin instrumta.
expensis in sumptu omnib; quę hic multo tempe col
lecta seruauerat: ad urbem illam questuosissimam
cum sūmo labore puenit. Ubi cum ea qua ingressus ē
die scdm id qd comperat ab unoquoq; mercedem sui
opis recepisset: ad uespam uidens se grandem solidorū
numerum conquisisse: ad macellum letus intendit.
escas refectioni suę necessarias coempturus. Quas cum
cepisset magno solidorum pretio comparare: expensis
in p exiguo uictu uniuersis quos adquisierat solidis

ne unius quidem denarii domum intulit lucrum. Cumque
ita ſingulis diebus adquiſitionem ſuam uidiſſet inſumi:
ut non ſolum nichil redigere. ſed uix ipſam cotidiane ſub
ſtantie neceſſitatem poſſet explere: apud ſemetipſum
recogitans reuertar inquit ad ciuitatem meam. illucque
repetam tenuiſſimum queſtum ex quo mihi expleta omni
corporis cura: quod ad ſuſtentationem ſenectutis accreſceret.
cotidiana exuberantia conferebat. Quod quamuis paruum
uideretur ac tenue: non mediocrem tamen ſummam iugi
pariebat augmento. Queſtuoſior quippe fuit mihi ille
nummorum quam iſte ſolidorum magnarius queſtus. ex quo
non ſolum nichil exuberat. quod recondam: ſed etiam uix ipſa
cotidiani uictus neceſſitas ſuſtinetur. Et idcirco nobis
eſt rectius hunc ſolitudinis huius tenuiſſimum fructum
indirupta iugitate ſectari: quem nulle ſeculares curę
nulle mundane occupationes nulla cenodoxie acua
nitatis arrodat elatio: nulle ſollicitudines diurne ne
ceſſitatis imminuant. Melius eſt enim modicum iuſto
ſuper diuitias peccatorum multas: quam affectare lu
cra illa maiora. Que etiam ſi parta fuerint queſtuo
ſiſſima conuerſione multorum: neceſſitate tamen
mundane conuerſationis & cotidianis diſtentionum uel
occupationum diminutionibus abſumentur. Melior
namque eſt ſecundum ſententiam ſalomonis pugillus unus
cum requie: quam duo pugilli cum labore & preſum
ptione ſpiritus. Quibus illuſionibus atque diſpendiis omnes ad
modum infirmos neceſſe eſt implicari. qui cum etiam de
ſua ſalute ſint dubii. ipſique adhuc magiſterio atque
inſtitutione egeant aliena: ad conuertendos alios ac
regendos diabolicis illuſionibus inſtigantur. Quique
etiam ſi potuerint lucri aliquid ex quorundam con

uerſatione conquirere: in patientia ſua atq; in conditiſ
morib; quicquid adquiſierint multum expendunt. Illd
namq; eiſ qd aggeuſ pp̄ha deſcripſit eueniet. & q̄ merce
deſ inquit congregat: miſit eaſ in ſacculum ptuſū. uere
enim lucra ſua in ptuſum ſacculum condit: qui quicquid
p aliorum conuerſationē uidetur adq̄rere. intemparantia
cord' ſui & cotidiana animi diſtentione diſpdit. Itaq; fit:
ut dum uberiora lucra p aliorum credunt inſtitutionē
parare ſe poſſe: etiam ſua correctione puentur. Sunt
enim q̄ ſe diuiteſ ferunt nich' habenteſ. & ſunt qui ſe
humiliant in multiſ diuitiiſ. Et melior uir in ignobi
litate ſeruienſ ſibi: quam qui dignitatē ſibi adquirit
& indiget pane.

GERMANUS. Satiſ congrue nobiſ hiſ compa
rationib; diſputatio tua illuſionū nr̄arum
manifeſtauit erroreſ. Quorū cauſaſ & cū
ſimilit̄ optam⁹ agnoſcere: & unde acciderit nobiſ iſta
deceptio partē cupimuſ edoceri. Nulli & enim dubiū
eſt. neminem ad modum poſſe remedia maliſ uali
tudinib; adhibere. niſi eū q̄ ipſaſ morborū originē
ante predixerit.

ABRAHAM. Omnium uitiorū un⁹ fonſ atq; pͥn
cipium eſt. Sc̄dm qualitatem ů partiſ illiuſ
& ut ita dixerim menbri quod in anima fue
rit uitiatum: diuerſa uocabula paſſionū corruptio
num q; ſortitur. Quod n̄ numquam etiam morborū
corporalium pbatur exemplo: quorū cū una ſit cau
ſa in diuerſa tam̄ egritudinū genera p qualitatē men
brorum que fuerint occupata diſtinguit̄. Et enī cū
arcem corpriſ id eſt caput uiſ noxii humoriſ obſedit:
cefalargię p creat paſſionem. Cum ů aureſ oculoſ ue p
luſerit: motalgicū ſiue obtalmicū uertit̄ morbum


Cum ſe quoque ad articulos & ad manuum ſumma tranſ
fuderit: articularis atque chiragrica dr̄ ualitudo. Cum
autem ad pedum ima defluxerit: podagra mutato no
mine nuncupatur. tot que uocabulis una atque eadem
noxii humoris origo diſtinguitur: quot membrorum oc
cupat portiones. Eodem m̄ de uiſibilibus ad inuiſibilia
tranſeuntes. animę nr̄ę partibus atque ut ita dixerim mem
bris. uniuſcuiuſque uitii ineſſe credamus. Quam cum ſapi
entiſſimi quique tripartitę definiant eſſe uirtutis: neceſſe
est ut aut λογικον [logicon] id eſt rationabile aut θυμικον [timicon]
id eſt iraſcibile aut ἐπιθυμητικον [epitimeticon]. id eſt concupiſci
bile. eius aliquo corrumpatur incurſu. Cum ergo aliquem
ex his affectibus uis noxię obſederit paſſionis: pro illius
corruptione etiam uitio nomen imponitur. Nam ſi rati
onabilem eius partem uitiorum peſtis infecerit: ceno
doxię. elationis. ſuperbię. ꝓſumptionis. contentionis.
hereſeos uitia procreabit. Si iraſcibilem uulnerauerit
ſenſum: furorem. impatientiam. triſtitiam. acediam.
puſillanimitatem. crudelitatemque parturiet. Si con
cupiſcibilem corruperit portionem: gaſtrimargiam. for
nicationem. filargiriam. auaritiam. & deſideria noxi
a terrenaque generabit.

Et ideirco ſi fontem uitii huius & originem uultis
agnoſcere: rationabilem mentis uęſtrę atque ani
mę portionem noueritis eſſe corruptam. ex qua
uel preſumptionis uel cenodoxię ſolent uitia pullula
re. Proinde hoc primum animę uobis ut ita dixeri
membrum recte diſcretionis iudicio & humilitatis
uirtute curandum eſt: quo uos … dum non ſolum
ad ꝑfectionis iam peruenisse faſtigia. ſed etiam docere
uos alios poſſe creditis. & ad eruditionem ceterorum
ſufficientes atque idoneos iudicatis: ꝑ elationem ceno

doxit. hac quam patefecit uřa confeſſio ꝑuagationū
uanitate raptamini. Quaſ amputare deinceps abſq;
difficultate poteritiſ. ſi uere diſcretioniſ ut dixi hu
militate fundati quam laboriosum quamq; diffici
le ſit unumquemq; nřm saluare animam ſuam. mentiſ
uře contritione diſcatiſ. & intimo cordiſ affectu nō mō
longe uoſ ab illa docendi preſumptione ſubmotoſ.
uerum etiam adhuc egere doctoriſ agnoſcatiſ auxilio.
Adhibete ergo huic menbro uel parti anime quam ſpe
cialit̃ diximuſ uulneratā uere humilitatiſ medelam.
que quā ceteriſ anime uirtutib; in uobiſ quantū appa
ret infirmior eſt. neceſſe eſt ut diabolice infeſtationi
prima ſuccumbat.

Quemadmodum enim ingruentib; quibuſdam in
iuriiſ que uel ex accidenti labore uel de aeriſ
corruptione gignunt̃. fieri etiam corporibus hu
maniſ ſolet ut illa que fuerint infirmiora caſib; iſtiſ
prima conſentiant atq; ſuccumbant. cumq; peculiarit̃
in eiſ morb; inſederit. reliquaſ quoq; parteſ corporiſ
eadem peſte tabefaciat. ita & animam uniuſcuiuſq;
nřm flante quodam mō peſtilenti halitu uitiorū.
illa maxime paſſione neceſſe ē attemptari. in qua
deterior atq; infirmior eiuſ portio ualidiſ minime
ñ tam fortit̃ reſiſtit impulſibus. & ex illiſ ꝑiculum
captiuitatiſ incurrere. in quib; faciliorem ꝑditioni
aditum reſerat incauta cuſtodia. Sic namq; bala
am populum dī poſſe decipi certa ratione collegit.
danſ conſilium ut ex illa parte qua infirmari no
uerat filioſ iſrael ꝑnitioſi eiſ laquei tenderentur. n̄
dubitanſ eoſ oblata copia feminarū fornicationiſ
ruina protinuſ collapſuroſ. quia concupiſcibileſ aīe
eorū parteſ ſciebat eſſe corruptaſ. Itaq; unumquemq;
q;

nr̄m nequitie ſp̄ales uerſuta malignitate ptemptanſ.
illiſ precipue affectib; anime inſidioſoſ laqueoſ preſtru
entes quib; eam ſenſerint egrotare. ut uerbi gr̄a cum
uiderint rationabileſ anime nr̄e parteſ eſſe uitiataſ.
illo noſ ordine decipe moliantur. quo achab regē ab
illiſ ſirijſ deceptum ſcriptura cōmemorat. q̄ dixerunt.
Scimuſ q̄m regeſ iſrael miſericordeſ ſunt. ponamuſ itaq;
ſaccoſ in lumbiſ nr̄iſ & funiculoſ in capitib; nr̄iſ. & egdi
amur ad regem iſrael. & dicemuſ. Seruuſ tuuſ bena
dab dicit. uiuat oro te anima mea. Quib; ille non uera
pietate ſ; uana miſericordie laude p̄motuſ. ſi adhuc
inquit uiuit fr̄ meuſ eſt. Et hoc exemplo etiā noſ ra
tionabiliſ illiuſ partiſ errore deceptoſ. inde incurrere
offenſam dei facient. unde conſecuturoſ mercedem ac
recepturoſ noſ pietatiſ p̄mia credebam̄. ſimiliq; etiā
nobiſ increpatione dicetur. Quia dimiſiſti uirū dignū
morte de manu tua. erit anima tua p̄ anima eiuſ. &
populuſ tuuſ p̄ poplo eiuſ. Sic etiam cū inmundus
ſp̄c dicit. egrediar & ero ſp̄ſ mendax in ore omniū
pphetarum eiuſ. p̄ rationabilem p̄culdubio affectū
quem letalib; optime nouerat inſidijſ laqueū decep
tioniſ intendit. Quod etiam de dn̄o nr̄o idem ſpiritꝰ
opinatuſ. cum in hiſ eum trib; animi temptaſſet af
fectib; in quib; omne hominū genuſ nouerat captiua
ri. nichil tam uerſutiſ p̄fecit inſidijſ. Nam concupiſ
cibilem mentiſ agreſſuſ ē partem. dicenſ. Dic ut
lapideſ iſti paneſ fiant. Iraſcibilem. cum eū ad expe
tendam preſentiſ poteſtatem & regna mundi huiꝰ
inſtigare conatuſ eſt. Rationabilem u°. cum ait. Si
filiuſ dei eſ. mitte te deorſum. In quib; iccirco nichil
eiuſ p̄fecit illuſio. quia nichil ſcdm coniecturā ſuam
quam falſa opinione conceperat reppit in eo eſſe



uitiatum. Unde & nulla pars anime eius inimici insi
diis attemptata consensit. Ecce enim uenit inquit princeps
mundi huius: & in me non habet quicquam.

GERONTIUS. Inter cetera illusionum errorumque nostrorum
genera que nos ad desiderium patrie nostre sicut
beatitudo tua sollerti mentis perspexit intuitu:
uana spiritalium commodorum pollicitatione flamma
uerant. etiam hec ut maxima extitit causa: quod inter dum
a fratribus frequentati iugi secreto ac diuturno silentio
secundum desiderium nostrum nequaquam possumus inherere. P
quod necesse est. cursum atque mensuram cotidiane conti
nentie nostre quam per castigationem corporis indiruptam
perpetuo cupimus retemptare. nonnullis fratribus superuenienti
bus intercidi. Quod sine dubio nullatenus in ista prouincia cre
dimus euenturum in qua aut nullum aut certe rarissimum
R professionis huius uirum inuenire possibile.

ABRAHAM. Irrationabilis atque inconsiderate di
strictionis immo potius summi teporis indicium
est: nequaquam ab hominibus frequentari. Qui
enim in hanc quam arripuit uiam nimium tardis pas
sibus graditur: ac secundum anteriorem hominem conuersatur:
equum est ut ad eum non dicam sanctorum sed ne hominum quidem
ullus adueniat. Vos autem si uera atque perfecta domini nostri di
lectione flagratis. & dominum utique caritatem pleno spiritus
feruore sectamini: ad quelibet loca inaccessibilia fuge
ritis. necesse est ea ab hominibus frequentari. Quanto que
uos propiores deo amor diuini ardor effecerit: tanto q
ad uos maior sanctorum fratrum confluet multitudo. Non
enim potest secundum sententiam domini ciuitas abscondi supra
montem posita: quia diligentes inquit me dominus glorifico. Qui
autem me contempnunt: erunt ignobiles. Veruntamen
nosse debetis hanc esse subtilissimam diaboli callidita
tem.

hanc occultiſſimam foueam. in quam miſerabiles & incau
toſ quoſq; precipitat: ut dum eis maiora pmittit: neceſ
ſaria cotidiani fructuſ emolumenta ſubripiat: abſtru
ſiores ſcilicet ac uaſtiores ſolitudines expeti debere
pſuadens. eaſq; uelut miriſ amenitatib; conſitas in
eorum corde depingens. Ignota etiam quedam & que
penituſ nuſquam ſunt loca uelut cognita ac pparata.
nrē q; poteſtati iam dedita & abſq; difficultate poſſi
denda confingit. homines quoq; regioniſ illiuſ tractabiles
& ad uiam ſalutiſ ſequaces eſſe mentitur. ut dum illic
uberiores fructuſ anime pollicetur: preſentia lucra
fraudulentū eripiat. Nam cum unuſquiſq; hac uana
ſpe a ſeniorum ſalutari contubernio ſeparatur atq; om
nib; que fruſtra ſibimet in ſuo corde depinxerat fuerit
deſtitutuſ. uelut de pfundiſſimo ſopore conſurgens. ni
chil ex hiſ que ſomniauerat expgefactuſ inueniet. Itaq;
cum diabolus maiorib; uite huiuſ neceſſitatib; & inex
tricabilib; laqueiſ irretitum ne reſpirare quidem ad hec
que ſibi ipſe pmiſerat aliquando pmittet. eum q; nam
illiſ quaſ ante uitauerat rariſ ac ſpualib frīm uiſitationi
b; ſ; etiam cotidianiſ ſecularium incurſionib; obligatum
ne ad mediocrem quidem anachoreſiſ quietem ac diſcipli
nam umquam redire patietur.

Illa quoq; remiſſioniſ atq; humanitatiſ intercapedo gra
tiſſima. que n numquam p aduentu frm interuenire con
ſueuit. licet moleſta uobiſ ac fugienda uideatur: tam
quam ſit utiliſ ac ſalubriſ tam ſpui quam corpi nro
nc paucaſ attendite. Sepe etiam accidit n dicam nouitiiſ
& infirmiſ. ſ; etiam expientiſſimiſ atq; pfectiſſimiſ ut n
mentaſ eorum directio atq; cenſura quib;dam mollita
fuerit intermiſſitudinū laxamentiſ: aut in tepore ſpc aut
certe in pniciosam corpiſ ualitudinē collabantur. Et

iectio a prudentib; atq; pfectis cum intercessit. frm̄ etiā
crebra uisitatio: non solum toleranda patient̄ s; etiam
gratant̄ amplectenda. Primum qđ puocat nos auidi⁹
semp solitudinis desiderare secreta. Nam quodam m̄
cursum nr̄m dum credit̄ retinere: infatigabilem iu
gem q; conseruat. Qui si nullo interdum obice tarda
retur: usq; ad finem contendere indefessa pnicitate
n̄ posset. Deinde qđ necessitatē reficiendi corpusculi cū
fructu humanitatis indulget. maiora nobis conferens
lucra cum iocundissimo corpis laxamento: quā illa
sint que p abstinentię fatigationē fuerant adqrenda.
Sup qua re aptissimā compatione antiqua narrati
one uulgatam breuit̄ indicabo. XXII.

FERTUR beatissimus euangl̄ista iohannes cum p
dicem suis manib; molliter demulceret: philo
sophum quendā ritu ad se uenatorio uenien
tem subito conspexisse. Qui miratus quod uir tante opi
nionis ac fame ad tam parua se & humilia oblectamta
summitteret: tu ne es inquit ille iohannes cuius fama
insignis atq; celeberrima. me quoq; summo desidio
tue agnitionis illexit: Cur g̊ oblectamentis tā uilib;
occuparis: Cui beatus iohannes. Quid: inquit qđ ma
nu tua gestas: At ille. Arcus inquit. Et cur autē n̄ eum
tensum semp ubiq; circumfers: Cui ille respondit. Non
oportet ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata
mollescat atq; depeat. ut cum oportuerit: fortiora in
aliquam feram spicula dirigant̄. Rigore namq; p nimi
etatem continue intensionis amisso: uiolentior ictus
emitti n̄ posset. Nec nr̄i inquit beatus iohs animum
offendat o iuuenis tam parua hec breuisq; laxatio. q̊
nisi remissione quadam rigorem intentionis sue mt̄
dum releuet ac relaxet: in remisso rigore lentescens

uirtutis sp̄s cum necessitas poscit obsecundare sp̄o
GERMANUS. Qm̄ nobis illusionum cunctarū tenta-
remedia contulisti. & diabolice quib; quatieba-
mur insidie. p doctrinam tuam nob dn̄o donan-
te detecte sunt: hoc quoq; nobis simlr̄ precam̄ edisseri.
qd̄ in euangelio dr̄: iugum meum suaue & onus meum
leue est. Satis enim pphetice illi sententie uidetur
aduersum qua dicitur: Propter uerba labiorū tuorū
ego custodiui uias duras. Quippe cum etiam apl̄s di-
cat. Om̄s qui uolunt pie uiuere in xp̄o: psecutionem
patientur. Quicq̄d autē durū & psecutionib; est refer-
tum: nec leue potest esse nec suaue. XXIII
ABRAHAM. Verissimam dn̄i ac saluatoris esse
sententiam experientie ipsius facili pbabimus
documento. si pfectionis uiam legitime & se-
cundū uoluntatem xp̄i fuerimus agressi. & mortifican-
tes omnia desideria nr̄a. ac uoluntates noxias absciden-
tes. non solum nich residere nobis de huius mundi sub-
stantia sierimus: p quam utiq; cum libitū fuerit
uastandi nos ac dilacerandi potestatem inimicus
inueniet. si etiam nr̄i ipsorū n̄ esse nos dn̄os senserimus.
illud aplicum in ueritate complentes. Viuo autem iā
non ego: uiuit uero in me xp̄c. Quid enim graue pote-
rit esse quid durum ei. qui iugum xp̄i tota mente su-
sceperit. qui uera humilitate fundatus sempq; ad dn̄i
respiciens passiones. in omnib; que sibi fuerint irrogate
letatur iniuriis. dicens. Ppt̄ quod complaceo m̄ in in-
firmitatib; meis. in contumeliis. in necessitatib; in pse-
cutionib; in angustiis p xp̄o. Cum enim infirmor: tūc
potens sum. Quo inquam familiaris rei cruciabitur
dampno. qui pfecta nuditate gl'osius uoluntarie pro
xp̄o uniuersas mundi huius respuit pompas omnesq;

eiuſ concupiſcentiaſ generaliter arbitratur ut ſterco
ra ut xpm lucri faciat. euangelii illiuſ precepta me
ditatione continua reuoluenſ. cunctorum que eſtuſ deſ
piciens diſpendiorum & excludenſ. Quid enim inquit
prodeſt homini ſi mundum uniuerſum lucretur. anime uero
ſue detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo com
mutationem pro anima ſua. Super cuiuſ rei priuatione triſta
bitur. qui omnia que ab aliiſ auferri poſſunt ſua non eſſe
cognoſcit. Illud ſcilicet inuicta uirtute proclamanſ. nichil
intulimus in hunc mundum: haut dubium quia nec aufer
re quid poſſumus. Cuius autem inopie neceſſitate huius ſuperabitur
fortitudo. qui peram in uia et in zona habere non nouit.
ſed cum apoſtolo gloriatur in ieiuniiſ multiſ in fame & ſiti. in fri
gore & nuditate. Qui labor. quodue tam arduum ſenioris
preceptum tranquillitatem pectoris eius poterit perturbare.
qui nullam habenſ propriam uoluntatem omnibus que ſibi
fuerint imperata non ſolum patienter ſed etiam gratanter oc
currit. noſtrique ſaluatoriſ exemplo non querit ſuam ſed patris
facere uoluntatem. dicenſ & ipſe ad patrem ſuum. uerun
tamen non ſicut ego uolo ſed ſicut tu. Quibus etiam iniuriiſ.
qua perſecutione terrebitur. immo quod ei non etiam iocundum
poteſt eſſe ſupplicium. qui in omnibus plagiſ cum apoſtoliſ ſepe
exultanſ optat ut dignuſ habeatur pro nomine xpi con
tumeliam pati. XXIIII.

VT autem nobiſ e contrario iugum xpi non leue
nec ſuaue uideatur contumacie noſtre eſt iuſtiuſ
adſcribendum. qui diffidentia atque increduli
tate deiecti contra illiuſ impium. immo conſilium qui
ait ſi uiſ perfectuſ eſſe uade uende ſiue dimitte omnia que
& ueni ſequere me. inepta peruerſitate pugnamus. terrena
rum ſiquidem facultatum materiaſ retentanteſ. Quarum
cum nexibus animum noſtrum diabolus teneat illigatum. quid

ſupeſt. niſi ut cum uoluerit noſ a ſpiritalib; gaudiiſ ſepara
re. earundem imminutione ac priuatione meſtificet. Id
uerſutiiſ fraudulentiſ elaborans. ut cum iugi illiuſ ſuaui
taſ & oneriſ leuitaſ uitioſe concupiſcentie prauitate nob
fuerit ingrauata. ipſiuſ facultatule atq; ſubſtantie quam
nobiſ pro requie ac ſolatio reſeruamuſ uinctiſ irretitoſ. ſecu
larium curarum flagriſ ſemper excruciet. ex nobiſmet ipſiſ
quo dilaceremur exculpens. funiculiſ namq; peccatorum
ſuorum unuſquiſq; conſtringitur audiens per prophetam. Ecce
omneſ uoſ accendiſtiſ ignem accincti flammiſ. ambulate
in lumine igniſ ueſtri. & in flammiſ quaſ ſuccendiſtiſ. Per hec
ſiquidem ut ſalomon teſtiſ eſt unuſquiſq; per que pecca
uerit. & punitur. Ipſe enim nobiſ tormenta ſunt quib;
utimur uoluptateſ. & oblectamenta huiuſ carniſ atq; delicie. car
nificum uice in ſuum retorquentur auctorem. quia neceſſe eſt cum quiſ
facultatibuſ priſtiniſ opibuſq; ſuffultuſ eſt. nec integram humili
tatem cordiſ. nec mortificationem plenam noxiarum ſuſcipe
uoluntatum. Hiſ autem uirtutum patrocinantib; inſtruimur.
omniſ uite preſentiſ anguſtie & cuncta que inimicuſ poteſt
inferre diſpendia non tantum patientiſſime uerum etiam
iocundiſſimo ſuſtinentur. Quib; rurſum exultantib; ela
tio tam perniciosa ſuccreſcit. ut etiam pleuiſſima contu
melia mortiferiſ impatientie ictib; uulneremur. dicaturq;
nobiſ per ieremiam prophetam. Et nunc quid tibi uiſ in uia egip
ti. ut bibaſ aquam turbidam. & quid tibi cum uia aſſy
riorum. ut bibaſ aquam fluminiſ. Arguet te malitia
tua. & auerſio tua increpabit te. Scito & uide. quia
malum & amarum eſt reliquiſſe te dominum deum tuum. & non
eſſe timorem mei apud te dicit dominuſ. Quod ergo iugi diuina
munifica ſuauitaſ amara ſentitur. quid eſt niſi quod eam auer
ſioniſ noſtre amaritudo corrumpit. Quod diuini oneriſ tam
iocunda leuitaſ ingrauaſcit. quid eſt niſi quia eum a quo

sustinebatur· contumaci presumptione contestetur dicens.
Quippe cum euidenter id ipsum scriptura testetur dicens. Nam
si ambularent semitas rectas· inuenissent utique semitas
iustitie leues. Hos inquam nosse manifestum est· qui se
mitas domini rectas ac leues prauis ac duris desideriorum cau
tibus aspernamus. qui uiam regiam apostolicis ac propheticis sili
cibus communitam sanctorum quoque omnium atque ipsius domini uestigiis
complanatam. amentissime deserentes· deuia queque ac
dumosa sectamur & presentium oblectationum illecebris
obcecati per obscuros impeditos uitiorum sentibus calles lace
ratis cruribus & disrupta illa nuptiali ueste raptamur. Non
modo acutissimis ueprium aculeis configendi· sed etiam uirulen
torum serpentium uel scorpionum illic latitantium ictibus
prosternendi. Tribuli enim & laquei in uiis prauis. qui autem
timet dominum· abstinebit se ab eis. De talibus & alibi dominus per
prophetam. Oblitus est inquit mei populus meus. frustra li
bantes & impugnantes in uiis suis. in semitis seculi· ut am
bularent per eas in itinere non trito. Sic enim secundum sententiam
salomonis nichil operantium strate sunt spinis. fortium uero
trite sunt· & ita ab itinere regio deuiantes· ad illam me
tropolim ciuitatem ubi cursus noster indeclinabiliter semper
debet esse directus non potuerunt peruenire. Quod etiam eccle
siastes significanter expressit. Labor inquiens stultorum affli
get eos· qui non cognouerunt ut irent in ciuitatem illam
scilicet ierusalem celestem que est mater omnium nostrum. Qui
quis autem in ueritate huic mundo renuntians· super se
tulerit iugum christi. & didicerit ab eo cotidianis iniuria
rum exercitiis eruditus. quia mitis est & humilis corde·
in cunctis temptationibus manebit semper immobilis.
omnia que illi cooperabuntur in bonum. Verba enim dei
secundum abdiam prophetam bona sunt· cum eo qui recte
graditur. Et iterum. Quia recte uie domini· & iusti ince
dent

in eis. preuaricatores uero corruent in eis. XXV

## MAIORA

MAIORA ergo nobis per colluctationem temptationum lau-
dis contulit premia. benigna erga nos gratia salua-
toris. quam si omnem a nobis necessitatem certami-
nis abstulisset. Etenim sublimioris prestantiorisque uirtu-
tis est persecutionibus erumpnisque uallatum. manere semper im-
mobilem. et aduersum seuientes ictus certum de presidio dei
atque intrepidum perdurare. humanisque incursibus uelut
armis inuicte uirtutis accinctum. gloriosissime de impatien-
tia triumphare. et adquirere quodammodo de infirmita-
te uirtutem. quia uirtus in infirmitate perficitur.
Ecce enim inquit dedit te dominus in columpnam ferream et in
murum super omnem terram regibus iuda et principibus et omni
populo et sacerdotibus eius terre. et bellabunt aduersum te.
et non preualebunt quia tecum ego sum ut eruam te ait dominus. Est
secundum ueram domini traditionem uia regia suauis ac leuis.
licet dura et aspera sentiatur. Pie enim ac fideliter seruientes.
cum tulerint iugum domini super se et didicerint ab eo quia mi-
tis est et humilis corde. iam quodammodo terrenarum passionum
sarcinam deponentes. non laborem sed requiem animabus suis
domino prestante reperient. sicut per ieremiam prophetam ipse testa-
tur. dicens. State super uias et uidete et interrogate se-
mitas domini eternas. et uidete que sit uia bona et am-
bulate in ea. et inuenietis refrigerium animabus uestris.
Fient namque eis continuo praua in directum. et aspera in uias
et gustantes uidebunt quoniam suauis est dominus. audientesque
christum in euangelio proclamantem. uenite ad me omnes qui la-
boratis et onerosi estis. et ego reficiam uos. depositis
ponderibus uitiorum ea que sequuntur intelligent. quia
iugum meum suaue est et onus meum leue. Habet ergo refri-
gerium uia domini si secundum legem ipsius teneatur. Sed nos
sumus qui dolores nobis atque tormenta turbulentis

distentionibus percurramus dum malumus uias sancti huius prauas atque peruersas etiam cum summo discrimine ac difficultate sectari. Cum uero hoc modo graue ac durum nobis iugum domini fecerimus: blasphemo iam spiritu uel de ipsius iugi uel de christi qui illud imponit duritia atque asperitate causamur: secundum illud. Insipientia uiri corrumpit uias eius. Deum autem causatur corde suo. Et secundum aggeum prophetam cum dixerimus quia uia domini non dirigitur: congrue nobis respondetur a domino. Numquid uia mea non dirigitur? Nonne magis uie uestre sunt praue? Et re uera si comparare uolueritis suaue olentem uirginitatis florem tenerrimamque castimonie puritatem. teterris ac fetidis libidinum uolutabris. quietem securitatemque monachorum periculis et erumpnis quibus mundi homines implicantur. paupertatis nostre requiem edacibus diuitum tristiciis ac peruigilibus curis in quibus non absque summo uite periculo diebus ac noctibus consumuntur. suauissimum iugum christi onusque leuissimum facillime comprobabitis.

PROINDE etiam illa retributio premiorum XXVI. qua perfecte renuntiantibus in hac uita centuplum dominus repromisit dicens. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem. aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet in presenti. et uitam eternam possidebit in futuro: recte atque uerissime eodem sensu absque ulla fidei perturbatione suscipitur. Multi enim occasione huius sententie nacti crasso intellectu hec in illo mille annorum tempore carnaliter sibi restituenda confirmant. cum utique illud seculum quod post resurrectionem futurum dicunt presens intelligi non posse fateantur. Multo ergo credibilius multoque manifestum: cum quis aliquid secularium uel affectuum uel bonorum christo suadente contempserit: a fratribus atque consortibus propositi sui qui ei spiritali glutino colligantur. centuplum

gratiorem etiam in hac uita recipe karitatem. hanc siqui
dem quam inter parentes ac filios atque germanos. coniuges
ac propinquos. siue societas copule. seu consanguinitatis ne
cessitudo coniungit. satis breuem constat esse ac fragilem.
Denique etiam boni ac pii cum adoleuerint filii. a parentum
domibus nonnumquam ac substantiis excluduntur. communio
quoque consortii coniugalis interdum etiam honesta causa
interueniente diuellitur. fratrum diuinitur facultatem contentiosa
diuisio. monachi soli perpetue coniunctionis retinent unita
tem. atque indiscrete possident uniuersa quique omnia sua esse
que fratrum. omnia fratrum credunt esse que sua sunt. Si ergo istis quibus
carnalis karitas copulatur. affectibus dilectionis nostre gratia
conferatur. profecto centuplo hec dulcior atque sublimior.
Recipietur sane etiam de continentia coniugali maior
centuplo suauitas. ab illa que est aliquid inuicem per commixtionem
sexuum percebat. Pro letitia quoque illa quam unius agri
ac domus possessione quis habuit. centuplo maiore diui
tiarum gaudio perfruetur. qui in adoptionem transiens fi
liorum dei. uniuersa que eterni patris sunt. ut propria possidebit.
et affectu atque uirtute ad imitationem ueri illius filii proclamabit. Omnia que habet pater mea sunt. Hec
iam cum illa penali distentionis ac sollicitudinis cura. sed
securus ac letus. uelut in propriis ubique succedet. audiens co
tidie sibimet ab apostolo predicari. Omnia enim uestra sunt.
siue mundus. siue presentia siue futura. Et a salomone.
fidelis uiri. totus mundus diuitiarum. Habes ergo istam cen
tupli retributionem. in magnitudine meriti. et indiscre
tione tam incomparabilis qualitatis expressam. Neque enim si pro
eris aut ferri. aut uilioris cuiusquam metalli certo pondere
tantumdem ponderis sed auri quispiam reddidisset. non etiam
tam restituisse quam centuplum uideretur. Ita cum pro contem
ptu uoluptatum atque affectuum terrenorum spiritale gaudium

& precioſiſſime karitatiſ iocunditaſ repenſatur· etiã
ſi ipſe ſit numeruſ centuplo tam̃ hec maior atq; precla
rior eſt. Atq; ut hoc euidentiuſ crebra repeticione redda
tur· uxorem antea ignominioſa paſſione deſideriũ poſ
ſidebam· hanc eandem nũc in honore ſcĩficationiſ & ue
ra xp̃i dilectione poſſideo. Vira ẽ mulier· ſ; centuplũ cre
uit [tot] meritum karitatiſ [ſ caſtitatis]. Si aũt p ire ac furoriſ pturbati
one iugẽ patientię lenitatem p ſollicitudiniſ ac diſten
tioniſ angore ſecuritatiſ quietẽ p infructuoſa ſcli huiuſ
penali q; triſticia ſalutariſ triſtitię fructum, p uanitati
letitie temporaliſ ſpatiiſ gaudiũ appenderiſ ubertatẽ.
retributionẽ in hoc affectuum commutatione centuplã
p uidebiſ. Et ſi uniuſcuiuſq; uitii breui ac lubrice uo
luptati contrariarum uirtutũ merita conferantur·
centuplo hec eſſe meliora multiplicata iocunditaſ
app̃babit. Centenariuſ enĩ numer⁹ de ſiniſtra tranſ
fertur ad dexteram; Et licet eandẽ in ſupputatione
digitorũ figurã tenere uideatur· nimiũ tam̃ quan
titatiſ magnitudine ſuperereſcit. fiet enim ut qui hedi
formam gerere uidebamur in leua· ouiſ meritũ trãſ
lati conſequamũ ad dexteram. Nunc ad quantitatem
earum rerũ quaſ p contemptu mundialiũ cõmodorũ
nobiſ in hoc ſclo xp̃c reſtituit. tranſeam⁹ precipue ſcdm
euanglm marci ita dicentiſ. Nemo eſt qui relinquit domũ
ul fr̃ſ aut ſororeſ. aut patrem aut matrẽ. aut uxorem
aut filioſ. aut agroſ ppt me & ppt euangelium· quin
accipiat centieſ tantum. Nũc in tempe hoc dom⁹ & fr̃ſ &
ſororeſ. & pr̃eſ. & matreſ. & filioſ. & cũ agroſ. cũ pſecutio
nib;. & in ſclo futuro uitam eternã. Centuplũ namq;
fr̃m parentũue recipiet q̃ntitatẽ· quiſq; patriſ uniuſ
ul matriſ ſeu filii p xp̃i nomine karitate contempta.
in omniũ q̃ xp̃o deſeruiunt dilectionẽ ſinceriſſimam

transiit. p uno scilicet tot inuenient patres. fratres q;
feruentiore ac prestantiore sibi affectione deuinctos.
ultiplicata etiã domorũ atq; agrorũ possessione di
tabitur. Quisquis una domo p xpi dilectione relicta.
innumera monasteriorũ habitacula tanquã ppria
possidebit. in quacumq; orbis parte uelut in sue dom'
iure succedent. Quomodo enim ñ centuplũ & si dñi nři
sententie supra dicti aliquid fas ÷. plusquam centuplũ
recipit. q .x. ut .xx. seruorum ministeria infida & coac
ticia derelinquens. tot ingenuorum ac nobiliũ sponta
neo fulcitur obsequio. Quod ita esse etiã uřis experimentis
pbare potuistis. qui singlis patrib; matrib; q; ac domib;
derelictis. quamlibet mundi partem fueritis ingressi.
patres matres. frs q; innumeros. domos quoq; & agros.
seruos q; fidelissimos absq; ullo sollicitudinis labore
conquiritis. qui uos ut pprios dominos sũmis suscipiũt.
amplectunt. fouent. uenerant. officiis. S; hoc inquã sci
ministerio. merito ac fiducialit p fruentur. qui ipsius in
seruitutem fraternitatis semetipsos sua q; omnia uolunta
ria deuotione subdiderint. Recipient enĩ scdm sententiã
dñi libere. id quod ipsi aliis dependerunt. Quisq's aut hec
humilitate sincera consortib; suis ante ñ detulerit. q
m deferri sibi ab aliis patient admittet. cum grauari se
eorum obsequiis intelligat potius quã foueri. quia accipe
mauult frm quam impende famulatũ. Hec tamẽ oĩa
ñ cum remissa securitate nec cũ inherti oblectatione p
cipiet. s; scdm uerbũ dñi cum psecutionib; id ÷ pssuris
scli huius ac summis angorib; passionũ. qa sicut ille sa
pientissim' salomon contestat. q suauis & sine dolore
in egestate erit. Regnũ & enim celorũ ñ desides. ñ remis
si. ñ delicati. ñ teneri. s; uiolenti diripiunt illud. Qui g
uiolenti sunt. Nempe illi qui ñ aliis. s; aĩe sue pclarã

inferunt uiolentiam: qui direptione laudabili omnium eam
presentium rerum uoluptate fraudantes. uoce dominica egregii
direptores pronuntiantur. & per huiuscemodi rapinam regnum ce
lorum uiolenter inuadunt. Regnum etiam celorum secundum domini
sententiam uim patitur. & uiolenti diripiunt illud. Ipsi
perfecto sunt laudabiles uiolenti: qui uim faciunt perditioni
sue. Homo enim ut scriptum est: in doloribus laborat sibi. &
uim facit perditioni sue. Perditio nostra est: delectatio uite pre
sentis. Et ut expressius dicam: exercitio desideriorum nostrorum
uolup- tatumque nostrarum. Quas si quis ab anima sua subtraxerit.
ac mortificauerit: gloriosam perfecto & utilem perditioni sue
uim facit. abnegans duntaxat et iocundissimas uo
luntates. quas per prophetam sermo diuinus frequenter incusat
dicens. Quia in diebus ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra &
cetera. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere uoluntatem
tuam in die sancto meo. & glorificaueris eum dum non facis uias
tuas: & non inuenitur uoluntas tua ut loquaris sermonem.
Cui etiam quanta beatitudo promittatur: confestim propheta
subiungit. Tunc inquit delectaberis super domino. & sustol
lam te super altitudinem terre: & cibabo te hereditate iacob
patris tui. Os enim domini locutum est hec. Et iccirco dominus noster
atque saluator ut nobis amputandarum uoluptatum
nostrarum formam traderet: non ueni inquit facere uolun
tatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me. Et iterum. Non sic
ego uolo: sed sicut tu. Quam uirtutem illi specialiter exercent.
qui in cenobiis commorantes. seniorum reguntur imperio.
qui nichil omnino arbitrio suo agunt: sed uoluntas eorum
ex uoluntate pendet abbatis. Postremo ut iam disputa
tionis sermo claudatur: tunc obsecro etiam in hoc centuplam
gloriam euidentissime qui fideliter christo deseruiunt consequun
tur. dum pro nomine eius a summis principibus honorantur: Ac
licet ipsi humanam gloriam non requirant: uenerabiles tamen

etiam in psecutionu angustiis. uidicib; cunctis ac potesta
tib; fuint. Quoz uilitas etiam mediocrib; forsitan despica
bilis esse potuisset. ut obscuritate natalium ut p condicione
seruili: sin sclari conuersatione mansissent. P xpi u mi
litiam: nemo nobilitatis stat calumpniā cōmouere. ne
mo obscuritatē generis audebit apponere: quin potius
illis ipsis uilissime condicionis oppbriis. quib; confundi &
dehonestari ceteri solent: xpi famuli glosius adornantur.
Quod euidenter in abbate iohe qui in illa heremo que li quo
oppido adiacet commoratus possum appbare. q p obscuris
maiorib; natus. ita p xpi nomine uniuerso pene humano
generi admirabilis factus e: ut cum ipsi quoq; rerū pro
sentium dni qui mundi huius atq; impii gubernacula
retinentes. etiam potentib; cunctis regib; q; terori sunt. uelut
dnm uenerentur. de tam longinquis regionib; expetentes im
pii sui apicē. & statū salutis. bellorum q; puentus. illius ora
tionib; meritis q; committant. Tali beatus abbraham
de illusionis nre ut origine ut medela. disputatione dis
seruit. atq; oculis quodammodo nris. cogitationū quas dia
bolus ppalauit insidias. nos q; ad desideriū uere mortifi
cationis accendit: q etiam multos licet incompto hec
omnia sermone digesta sint: credimus inflammandos. Hā
licet sūmoz patrum flagrantissimos sensus. tepida nri
eloquii fauilla contexerit: plimoz tam algorē q remo
tis uerborum cinerib; uiuacitatē latentiū sensuū suscita
re uoluerint. calefaciendum minime dubitamus. S; ad
uos o sci frs n utiq; hunc ignē quē dns uenit mittere in
terram. & quē nimiū ardere desiderat. ita spu psump
tionis elatus emisi. ut qsi feruentissimū ppositū urm ca
loris huius adiectione succendendū reuocarē: s; ut uob
maior apud filios esset auctoritas. sid quod ipsi n mortuo
uerborum sono. s; uiuo doceatis exemplo: etiā summoz

atq; antiquiſſimorum patrum precepta confirment. Sup-
erant: ut me periculoſiſſima hactenus tempeſtate iactatum:
nunc in tutiſſimo ſilentii portu orationum ueſtrarum tute-
la conſeruet.

Deſcriptio theneſios oppidi. De epiſcopo archebio. Deſcriptio
heremi in qua commorabantur cheremon neſteros & io-
ſeph. De abbate cheremone & de excuſatione eius ſuper
poſtulata doctrina. De reſponſione noſtra contra excuſa-
tionem eius. Propoſitio abbatis cheremonis quod tribus mo
Quibus gradibus ad ſublimitatem cari / diſ uitia uincantur.
tatis poſſit aſcendi. & que ſit in ea ſtabilitas.
Quantum excellant. qui per caritatis affectum declinant a
Quod caritas non ſolum de ſeruis filios faciat. / uicium.
ſed etiam imaginem dei ac ſimilitudinem conferat.
Quod perfectio karitatis ſit pro inimicis orare & quo indicio
anima necdum purgata noſcatur.
Cur affectum timoris & ſpei dixerit imperfectum.
Reſponſio de diuerſitate perfectionum.
De timore qui caritatis magnitudinem generat.
Interrogatio de conſummatione caſtitatis. Delatio expoſiti-
onis poſtulate.

Cum uirtutem perfectionis ueſtre qua uelut magna que-
dam luminaria in hoc mundo admirabili cla-
ritate fulgetis multi ſanctorum qui uiro erudiuntur
exemplo. uix queant emulari: tamen uos o ſancti fratres ho-
norate & eucheri. tanta illorum ſublimium uirorum a quibus
prima anachoreſeos inſtituta ſuſcepimus laude flamma-
mini. ut unus quidem uestrum .xx. fratrum cenobio preſidens con-
gregationem ſuam que cotidiano ſancte conuerſationis
ueſtre docetur intuitu. illorum quoque patrum preceptis optet inſti-
tui: Alter uero ut etiam corporali eoſundem edificaretur aſpectu

egiptum penetrare uoluerit. ut hanc quaſi frigoris galli
cani rigore torpentem prouinciam derelinquens: ad illas
quas ſol iuſticie reſpectu terras primus maturis uirtutum
fructibus redundantes uelut turtur caſtiſſimus tranſuola
ret. Vnde neceſſario hoc intuitu caritatis extorſit: ut
unius deſiderio alterius etiam labori conſulens. tam abrup
tum ſcribendi periculum non uitaret. dum ei & priori apud filios
adderetur auctoritas. & ſecundo tam periculoſe nauigationis
neceſſitas demeretur. Proinde quia fidei ueſtre atque feruori
nec illa inſtituta cenobiorum que duodecim libellis ad be
ate memorie episcopum caſtorem quo potuimus ſermone conſcrip
ſimus. nec decem collationes in ſcithiotica heremo commoran
tium patrum. quas precipientibus ſanctis elladio & leontio episcopis
utcumque digeſſimus. ſatis facere potuerunt: nunc ut etiam
labor itineris noſtri cognoſcatur. trium in alia heremo con
ſiſtentium quos primos uidimus patrum. vii. collationes
pari conſcriptas ſtilo uobis erechdi conſecrandas: quibus
queque de perfectione in prioribus opuſculis noſtris obſcurius forſitan
comprehenſa aut pretermiſſa ſunt ſuppleantur. Si uero
ſanctum ſtudium ueſtrum ſitim etiam hec ſatiare non quiuerint: ſeptem alie
collationes que ad ſanctos qui in ſtoecadibus conſiſtunt. emitten
de ſunt fratres. deſiderium ut arbitror ueſtri ardoris explebunt.

CVM IN CENOBIO
ſirie conſiſtentes. poſt prima
fidei rudimenta ſuccedenti
bus aliquatenus incrementis.
maiorem perfectionis gratiam de
ſiderare cepiſſemus: ſtatuimus
confeſtim egiptum petere. ac remotiſ
ſima etiam thebaidos heremo ſanctorum
plurimos quorum gloriam fama per

uniuerſa

universa diffuderat. sin emulandi saltem agnoscendi studio
invisere. Igitur ad oppidum egipti cui tennesos nomen est
emissa navigatione pervenimus. cuius accole ita vel mari vel stag
nis salsis undique circumluuntur. ut soli quia terra deest nego
tiationibus dediti opes atque substantiam navali commertio
parent. ita ut edificiis cum voluerint extruendis terra non
suppetat nisi de longinquo navigiis apportetur.

Ubi cum advenientibus nobis favens desideriis nostris di
vinitas beatissimi atque praecipui viri praestitisset adven
tum. qui raptus de anachoritarum cetu episcopus pamfisi oppi
do datus tanta districtione omni evo suo propositum soli
tudinis custodivit. ut nichil de preterite humilitatis te
nore laxaverit. aut de subiecto sibi honore blanditus sit.
Non enim tamquam idoneum se ad istud officium testabatur
ascitum. sed velut indignum ab illa anachoreseos disciplina
querebatur expulsum. eo quod triginta VII. annis in eadem
commoratus. ad puritatem tante perfectionis pervenire po
tuisset nequaquam. Hic igitur cum in supradicta tenneso quo
eum eligendi illic episcopi causa perduxerat. pie nos ac huma
nissime suscepisset. agnito desiderio nostro quo sanctos patres
etiam in ulterioribus egipti partibus inquirere desideraba
mus. venite inquit videre interim senes haut longe a nostro
monasterio consistentes. quorum ita et antiquitas in
corporibus iam curvatis et sanctitas in ipso etiam fulget aspec
tu. ut vel sola contemplatio eorum magnam intuentibus
possit conferre doctrinam. A quibus id quod ego amisisse
doleo. quodque tradere iam perditum nequeo. non tam verbis
quam ipso sancte vite discatis exemplo. Credo autem inopiam
meam hoc studio aliquatenus sublevandam. si inquiren
tibus vobis illam evangelicam margaritam quam ipse non ha
beo. saltem providero ubi eam commodius comparetis.

Sumpto itaque baculo et pera ut illic

cunctis uiam ingredientib; moris est. ad ciuitatem nos su
am id est panefisim itineris dux ipse perduxit. cuius terras im
mo etiam contigue regionis plurimam partem quondam
opulentissimam siquidem ex ea cuncta ut fama est in
regios cibos subministrabantur. repentino terremotu
in excussum mare transgressis limitib; occupauit. atq;
ita collapsis ferme omnib; uicis opimas olim terras sal
sis paludib; supertexit. ut illud quod in psalmo spiritua
liter decantatur: posuit flumina in desertum & exitus
aquarum in sitim. terram fructiferam in salsuginem a ma
litia inhabitantium in ea. de illa putent regione pre
dictum. In his ergo locis multa in hunc modum oppida emi
nentiorib; tumulis collocata fugatis habitatorib;. elu
uies illa ut insulas fecit que desideratam secedentib;
sanctis solitudinem prebent. in quib; tres senes. id est chere
mon. nesteros. & ioseph. anachorite antiquissimi consiste
bant. beatus archebius primum
nos perducere ad cheremonem maluit. quia & monasterio ei
propior. & duob; aliis prouectior esset etate. Nam cum cente
narium uite annum spiritu tantum alacer excessisset. ita
dorsum eius temporis fuerat uetustate atq; orationum
iugitate curuatum ut quasi in primeuam redactus in-
fantiam. submissis ac protentis terratenus manib; pergre
deretur. Huius ergo & uultum mirabilem & incessum pariter
intuentes mirabamur. siquidem defectis mortificatisq; iam
omnib; menbris nequaquam censuram preterite districtio
nis amiserat. Cum sermonem atq; doctrinam suppliciter
posceremus. ac desiderium tantum spiritalium institutionum
causam fuisse aduentus nostri protestaremur: grauiter ille suspi
rans. quid uobis ait conferre doctrine possum. cum imbecil
litas senectutis ut rigorem pristinum relaxauit: ita lo
quendi quoque ademit fiduciam. Quemadmodum enim

docere presumam quod ipse non facio. aut alium in eo instruam
quod me iam uel minus uel tepidius exercere agnosco. Ob
quam rem nullum iuniorum mecum in hanc usque etatem cohabita
re permisi. ne exemplo meo alterius districtio laxaretur.
Nunquam enim erit efficax plene instituentis auctoritas. si
non eam effectu operis sui cordi affixerit audientis.
AD hec nos non mediocri confusione compuncti. ita
respondimus. Licet sufficere nobis ad omnem instruc
tionem debeat uel loci difficultas uel ipsa etiam adhuc so
litaria uita quam iuuentutis quoque robusta uix tolerat.
que nos etiam te tacente. satis habunde quoque instruunt.
atque compungunt. rogamus tamen ut taciturnitate paululum
pretermissa. nobis potius dignanter infundas. per que hanc
quam in te uidemus uirtutem non tam imitatione com
plecti quam admiratione possimus. Nam etiam si reuelatus
tibi est tepor noster. et impetrare id quod expetimus non meretur. de
bet hoc saltem labor tanti itineris obtinere. quo huc de
bethleemitici cenobii rudimentis institutionis uestre
desiderio et profectus nostri amore peruenimus.
TUNC beatus cheremon. Tria sunt inquit que faci
unt homines a uitiis temperare. id est aut metus
gehenne siue presentium legum. aut spes atque deside
rium regni celorum. aut affectus boni ipsius amorque uir
tutum. Nam timor ita mali contagium legitur execra
re. Timor domini odit malitiam. Spes etiam uitiorum omnium
excludit incursum. Non enim delinquent omnes qui sperant in
eo. Amor quoque ruinam non metuit peccatorum. quia caritas
numquam excidet. Et iterum. karitas operit multitudinem
peccatorum. Et idcirco beatus apostolus omnem salutis summam
in istarum trium uirtutum consummatione concludens.
nunc inquit manent fides. spes. karitas. tria hec. Fi
des namque est. que futuri iudicii ac suppliciorum

metu vitiorum facit contagia declinari. Spes autem que
mentem nostram de presentibus avocans, universas corporis
voluptates celestium premiorum expectatione contempnit.
Caritas que nos ad amorem Christi & spiritalium virtu
tum fructum mentis ardore succendens, quicquid illis
contrarium est toto facit odio detestari. Que tria licet
ad unum finem tendere videantur, provocant enim nos
a rebus illicitis abstinere, magnis tamen excellentie sue
gradibus ab invicem disparantur. Duo nanque superiora propria
hominum sunt, eorum qui ad perfectionem tendentes, necdum
affectum conceperunt virtutum. Tertium specialiter dei est,
& eorum qui in sese imaginem dei ac similitudinem receperunt.
I lle namque solus ea que bona sunt nullo metu nulla
remunerationis gratia provocante, sed solo bonitatis operatur
affectu. Omnia enim ut ait Salomon operatus est dominus propter
semetipsum. Sue nanque bonitatis obtentu omnem
bonorum copiam dignis indignisque largitur, quia nec fa
tigari iniuriis potest, neque iniquitatibus hominum pos
sibiliter permoveri, semper scilicet manens perfecta bonitas
inmutabilisque natura.

Si quis igitur ad perfectionem tendit, de illo primo timoris
gradu quem proprie diximus esse servilem, de quo dicitur:
Cum omnia feceritis dicite servi inutiles sumus, ad alti
orem spei tramitem gradu proficiente conscendat,
qui iam non servo sed mercennario comparatur, quia mer
cedem retributionis expectat, & quasi peccatorum
absolutione & penali timore securus, ac bonorum
sibi operum conscius licet placiti premium videatur
expetere, tamen ad affectum illum filii, qui de pa
terne indulgentie liberalitate confidens, omnia que
patris sunt sua esse non ambigit, pervenire non po
tuit. Ad quem etiam ille prodigus qui cum substantia

patris etiam filii nomen amiserat: aspirare non audet dicens. Iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercennariis tuis. Post illas enim porcorum siliquas quarum ei satietas negabatur. id est uitiorum sordidos cibos quia in semetipsum reuersus, & salutari timore compunctus inmunditiam porcorum horrere iam ceperat. ac dire famis formidabat supplicia: uelut iam seruus effectus. etiam mercennariis statum de mercede iam cogitans concupiscit. ac dicit. Quanti mercennarii in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo: reuertar ergo ad patrem meum: & dicam illi. Pater peccaui in celum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercennariis tuis. Sed ad istam humilis penitentie uocem in occursum eius pater prosiliens. maiore quam emissus fuerat pietate suscepit. eumque non contemptus minora conscendere: utroque gradu sine dilatione transcurso. pristine filiorum restituit dignitati. Festinandum proinde etiam nobis est. ad tertium filiorum gradum. qui omnia que patris sunt sua esse credunt. per indissolubilem karitatis gratiam conscendentes. celestis illius patris imaginem ac similitudinem recipere mereamur. & ad imitationem ueri illius filii proclamare possimus. omnia que habet pater mea sunt. Quod etiam de nobis beatus apostolus profitetur dicens. Omnia uestra sunt: siue paulus. siue apollo. siue cephas. siue uita. siue mors. siue presentia. siue futura: omnia uestra sunt. Ad quam similitudinem etiam saluatoris precepta nos prouocant. Estote inquit uos perfecti: sicut & pater uester celestis perfectus est. In illis enim nonnumquam interrumpit bonitatis affectus: cum aliquo tempore. ut leticia. ut oblectatione uigor animi relaxatur. aut metum ad presens ge

henne

aut desid'ium subtrahit futurorũ. Et est q̇dem utilis
gradus cuiusdam pfectus imbuens nos: ut dum ul
penarum metu ul p̄miorum spe incipim̄ uitia decli
clinare, ad karitatis gradum transire possim̄: q̄a timor
inquit ñ est in caritate: s; pfecta karitas foras mittit ti
morē, q̄m timor penam habet. Qui autem timet: non
est pfectus in karitate. Nos g̊ diligamus dm̄. q̄m ipse
prior dilexit nos. Non g̊ aliter ad illam ueram pfectio
nem condescendere poterim̄ nisi sicut nr̄e salutis grā
ꝑor nos ille dilexerit: ita eum nos quoq; nullius alteri
rei nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Quam
obrem studendum nobis est: ut de hoc timore ad spem,
de spe ad karitatem dei. ut ipsarũ uirtutũ amorē pfec
to mentis conscendam̄ ardore: ut transmigrantes in affec
tum boni ipsius: immobilit̄ q̄ntũ est humane possibile
nature qđ bonum est retentemus.

Multum namq; differt inter eum q̇ metu gehenne ut
spe retributionis future uitiorum in se extinguit
incendia: & eum q̇ diuine karitatis affectu ipsam ma
litiam & inmunditiam a̧c pborrescit: ac puritatis pos
sidet bonum amore tantum ac desiderio castitatis nec
iam remunerationē future ꝓmissionis aspiciens: s; de pre
sentis boni delectatus conscientia agit omnia ñ contempla
tione penarum s; delectatione uirtutũ. Hic namq; status
nec summotis cunctorum hominum testimoniis abuti
occasione peccati nec oculus cogitationũ uiolari oblecta
tionib; potest. dum affectum mentis ipsius medullit̄ re
tinet: q̄m quod illi contrarium est. ñ solum ñ corde recipit.
uerum summo detestatur horrore. Aliud namq; est pre
senti bono quempiam delectatum odio habe uitiorũ
carnis sue contagia. aliud future remunerationis intu
itu illicitas concupiscentias refrenare. Aliud q̄q; presens

metuere detrimentū. & aliud futurū formidare suppli
ciū. Postremo multo mai' est ppt bonum ipsū a bono
nolle discedere: quam ppt metum mali. malis n̄ prebere
consensū. Namq; timoris obtentu est: iniusto uero uelut
coactum ac tanquā nolenti uiolent' extortum. ut metu
supplicii ut cupiditate pmiorum. Nam q timoris obten
tu auitiorum abstinet blandimentis adempto timoris
obstaculo rursum ad illud quod diligit reuertit'. Et
ob id nec stabilitate boni iugit' obtinebit. s; ab impug
natione quidē aliquando requiescit. quia nec firmā
aut ppetuam pacem castimonie possidebit. Ubi eni
est inquietudo bellorū: n̄ possunt etiā uulnerū n̄ in
teruenire discrimina. Necesse e enim quempiā in conflic
tu situm. quamuis bellator sit ac fortit' dimicans. leta
lia aduersariis uulnera frequent' infligat. n̄ nunquā tam
hostili mucrone pstringi. Qui uero supata impugnatione ui
tiorum pacis iam securitate pfruit'. & transiit in ipsius af
fectum uirtutis: iugem statum illius boni cui iam totus
est retentabit. quia dampno intime castitatis nichil
credit esse dampnosius. Nec enim cari' aut ptiosius q̄cq̄a
presenti iudicat puritate. cui pena grauis ut uirtutū pre
tiosa transgressio ut ipsius uitii uirulenta contagio. Huic
inquam nec reuerentia humane presentie quicquā adi
ciet honestatis. nec minuet solitudo: s; ubiq; secū semp q;
circumfert arbitram n̄ solum actuum s; etiam cogitatio
num suarum conscientiam. illi potissimū studere conten
dens: quem nec circumueniri nec falli nec subterfugere
se posse agnoscit.

Quem statum si quis de adiutorio dei n̄ de studii
sui labore psumens meruerit possidere: de condi
tione seruili & mercennaria spei cupiditate. in q̄
n̄ iam bonitas largientis quā pmium retributionis

ꝯpetitur. in adoptionē filiorū incipit tranſire ubi iam ñ
timor ñ cupiditaſ. ſ; illa caritaſ que nunquā cadet iu
giť pſeuerat. De quo timore & caritate quoſdam incre
panſ dñſ. quid cui pſone conueniret oſtendit. filiuſ ho
norat patrem. & ſeruuſ dñm ſuum timebit. Et ſi patr̃
ego ſum ubi eſt honor meuſ. Et ſi ego dominuſ ſum ubi
eſt timor meuſ. Neceſſe enim eſt timere eum qui ſeruuſ
eſt. quia ſi ſciens uoluntatem dñi ſui ñ fecerit digna.
plagiſ uapulabit multiſ. Per hanc itaq; karitatem quiſq;
ad imaginem dī ſimilitudinē q; puenerit. bono iam
ppť iam boni ipſiuſ amorem delectatuſ uoluntate ac ſi
militudine quodam'mo poſſidenſ patientie ac lenitatiſ
affectum. nulliſ peccantium deinceps uitiiſ iraſcetur.
ſ; ueniam potiuſ infirmitatib; eorum condolenſ atq; con
patienſ implorabit. Se q; reminiſcenſ tam diu ſimiliter
paſſionum ſtimuliſ impugnatū donec miſeratione dñi
ſaluaretur nec ſuo eruitum ſtudio ab impugnatione car
nali ſ; dei ptectione ſaluatum. ñ iracundiam ſ; miſcdiam
errantib; impendendā. illum uerſiculū ad dñm cum omi
cordiſ tranquillitate decantanſ. Tu dirupiſti uincula
mea. tibi ſacrificabo hoſtiam laudiſ. Et niſi quia dñſ
adiuuit me paulomin' habitauerat in inferno anima
mea. Et in hac mentiſ humilitate conſiſtenſ. poterit
etiam euangelicum illud pfectioniſ explere mandatum.
diligite inimicoſ uroſ benefacite hiſ qui oderunt uoſ.
& orate p calumpniantib; & pſequentib; uoſ. Et ita ad
aliud pmium qd ſubiungit' merebit' puenire p qd non
ſolum imaginem dī & ſimilitudinem pferam'. uerum
etiam filii nuncupemur. Vt ſitiſ inquit filii patriſ uri.
qui in celiſ eſt. qui ſolem ſuum oriri facit ſup bonoſ &
maloſ & pluit ſup iuſtoſ & iniuſtoſ. Quem affectum beat'
iohſ aſſecutum ſe eſſe cognoſcenſ. ait Vt fiduciam habeam'

in die iudicii. quia sicut ille est: & nos sumus in hoc mundo.

In quo enim infirma & fragilis humana natura esse sicut ille est potest. nisi in bonos. & malos. iustos & iniustos. ad imitationem dei placidam semper sui cordis extenderit karitatem. Et ut bonum propter ipsum boni ipsius operetur affectum perveniens ad illam veram adoptionem filiorum dei: de qua idem beatus apostolus ita pronuntiat dicens Omnis qui natus est ex deo non peccatum non facit: quia semen ipsius in eo est. & non potest peccare. quia ex deo natus est. Et iterum. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat: sed generatio dei conservat eum. & malignus non tangit illum. Quod intellegendum non de omni genere peccatorum sed de capitalibus tantum criminibus dici. a quibus se quisquis extrahere atque emundare noluerit pro illo in alio loco predictus apostolus ne orari quidem debere pronuntiat. qui scit inquiens fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Ceterum de illis que pronuntiantur non esse ad mortem a quibus etiam hii qui fideliter christo deserviunt. quantalibet semetipsos circumspectione custodiant. immunes esse non possunt: ita dicitur. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus. & veritas in nobis non est. Et iterum Si dixerimus quia non peccamus: mendacem facimus eum. & verbum eius non est in nobis. Impossibile namque est quemlibet sanctorum non istis minutis que per cogitationem. per sermonem. per ignorantiam. per oblivionem. per necessitatem. per voluntatem. per obreptionem admittuntur: incurrere. que licet ab illo peccato quod ad mortem esse dicitur aliena sint: culpa tamen ac reprehensione carere non possunt.

Cum igitur quis hunc quem prediximus bonitatis affectum & imitationem dei fuerit assecutus: tunc visceribus dominice longanimitatis indutus. pro persecutoribus quoque orabit similiter dicens. Pater ignosce eis. non enim sciunt quid faciunt.

Ceterum euidens indicium est animae necdum uitiorum
fecib; eliquate. in criminib; alienis n̄ affectu misericordie condole
re. s; rigidam iudicantis censuram tenere. Nam quemadmodum p
fectionem cordis poterit obtinere. is q̄ non habet illud q̄
apl's plenitudinē legis consūmari posse signauit. Alteru
trum inquiens onera uestra portate inuicē. & sic implebitis le
gem xpi. S; nec illam uirtutem possidere caritatis. que n̄
irritatur. non inflatur. non cogitat malum. que omnia
suffert omnia sustinet. Iustus enim miseretur animas pecca
torum. uiscera autem impiorum sine misericordia. Ideo q; isdē
uitiis monachum subiacere certissimum est. que in alio inde
menti atq; inhumana seueritate condempnat. Rex enim ri
gidus curret in mala. & qui obturat aures suas ne audiat
infirmum. & ipse inuocabit & non erit qui exaudiat eum.

GERMANUS. Potenter quidem atq; magnifice
de pfecta dei karitate dissertum est. uerumtamen illud
nos pmouet. qd cum eam tanta laude ptuleris. dī timorem
& spem retributionis eterne impfecta esse dixisti. cum utriq;
multo aliud uideatur de his ppha dixisse & sensisse dicens. Ti
mete dnm omnes sci ei. qm nich deest timentib; eum. Et iterum. In
obseruandis ~~mandatis~~ iustificationib; dei retributionis contem
platione se fateatur exercitatum. inclinaui inquiens cor meum
ad faciendas iustificationes tuas in eternū ppt retributionē.
Fide inquit moises grandis factus est. negauit se esse filium
filie pharaonis. magis eligens affligi cum poplo dei quam
temporalis peccati habere iocunditatem maiores diuitias exsti
mans thesauris egiptiorum impperium xpi. Aspiciebat enim
in remunerationem. Quomodo g̃ impfecta credenda sunt.
cum & retributionis obtentu iustificationes dd se fecisse gl'tur ppha.
& legislator pmia futura pspiciens. deseruisse adoptionē
regie dignitatis & afflictionem durissimā thesauris egipti
orum ptulisse dicatur.

CHEREMON. Pro ſtatu atq; menſura uniuſcuiuſq; mentiſ: ſcrip
tura diuina ad diuerſoſ pfectionum graduſ arbitrii nri p
uocat libertatem. Hec enim poterat uniformiſ eorum omnib;
pfectioniſ corona ppóni: quia nec omnium una uirtuſ aut uo
luntaſ. aut feruor eſt. Et idcirco ipſarum quodammo pfec
tionum diuerſoſ ordineſ diuerſaſ menſuraſ ſermo diuinuſ
inſtituit: qđ ita eſſe euangłicarum quoq; beatitudinum ua
rietaſ euident oſtendit. Licet enim beati dicantur quorum
ſunt regna celorum & beati qui poſſident terram & bea
ti qui conſolationem recipiunt. & beati qui ſaturitate potien
tur: tam multum credimuſ intereſſe inter habitationem reg
ni celorum & poſſeſſionem illiuſ quecumq; eſt terre. & inter
pceptionem conſolationiſ & plenitudinem ſaturitatem q; iuſti
cie: multum q; diſtare inter illoſ qui miſcđiam conſequent. &
illoſ qui gloſiſſima di uiſione pfrui merebuntur. Alia eſt em
gła ſoliſ & alia gła lune. & alia gła ſtellarum. Stella enim
a ſtella differt in gła ita & reſurrectio mortuorum. Cum ğ
iuxta hunc modum ſcriptura diuina timenteſ dm laudet
& dicat. beati omſ q timent dnm & plenam p hoc illiſ be
atitudinem repmittat iterum tamen dicit timor non eſt in
caritate ſ; pfecta karitaſ foraſ mittit timorem: qm timor
penam habet. Qui autem timet n eſt pfectuſ in karitate.
Et rurſum cum ſeruire deo głoſum ſit. & dicatur ſeruite do
mino in timore & magnum tibi eſt uocari nom meum ſeruu
& beatuſ ſeruuſ ille quem cum uenerit dominuſ ſuuſ in
uenerit ſic facientem. tamen & apłiſ dicitur: Iam n dico
uoſ ſeruoſ ſ; amicoſ: quia ſeruuſ neſcit quid faciat dnſ
eiuſ. Voſ autem dico amicoſ: quia omnia quecumq; audi
ui a patre meo nota feci uobiſ. Et iterum. Voſ amici mei
eſtiſ: ſi feceritiſ ea que precipio uobiſ. Videnſ pfectionu
graduſ eſſe diuerſoſ. & de excelſiſ ad excelſiora noſ a dno
puocari: ita ut iſ qui in timore di beatuſ & pfectuſ extiterit.

ambulans sicut scriptum est de uirtute in uirtutem. & de p
fectione ad aliam pfectionem. id est de timore ad spem: men
tis alacritate ascendens ad beatiorem denuo statum qd'
karitas inuitetur: & qui fuerit fidelis seruus ac prudens:
ad amicitie sodalitatem & adoptionem transeat filiorum.
Secdm hunc g sensum nra quoq; est intelligenda sententia.
ni quo contemplationem ppetue illius pene ul' beatissime
retributionis illius que repmittitur scis. nullius pnuntiem
esse momenti: s; q cum sint utiles & sectatores suos ad initia
beatitudinis introducant. karitas rursum in qua plenior
fiducia ppetuum q; iam gaudium est assumens eos de timo
re seculi & mercennaria spe. ad dilectionem di & adoptio
nem transfert filiorum: & quodammodo pfectiores facit de
pfectis. Multe enim ait saluator mansiones sunt apud prem
meum. Et licet omnia astra esse uideantur in celo: inter cla
ritatem tamen solis & lune atq; luciferi ceterarum q; stellarum
multa distantia est. Et iccirco beatus apls non solum timori
ac spei. s; etiam cunctis karismatib; que magna ac mirifica
habentur eam pferens supra modum excellentiorem uiam
omnib; karitatis ostendit. Hanc cu uellet expleto omni catalo
go spiritalium karismatum uirtutum eius menbra eius descri
bere. ita prefatus est. Et adhuc supra modum excellentiore
uobis uiam demonstro. Si linguis hominu loquar & ange
lorum. & si habuero pphiam & nouerim misteria omnia
& omnem scientiam. & si habuero omnem fidem ita ut mon
tes transferam. & si distribuero oms facultates meas & si
tradidero corpus meum ut ardeam karitatem aute n ha
buero: nich m p dest. Videns g nich pretiosius. nich pfecti
nich q; sublimius. & ut ita dixerim nich karitate perenni
inuenit. Siue enim pphie euacuabunt: siue lingue cessa
bunt siue scientia destruetur: caritas autem nunquam exci
det. Siue quia non solum precellentissima karismatum

genera. sed etiam martirii ipsius gratia euacuabuntur.
QUISQUIS in huius fuerit karitatis perfectione fundatus. ne
cesse est ut ad illum sullimiorem karitatis timorem gra
du excellentiore conscendat. quem non penarum terror nec
cupido premiorum. sed amoris generat magnitudo. quo uel
filius indulgentissimum patrem uel frater fratrem. uel amicus amicum.
uel coniugem coniunx. sollicito reueretur affectu. dum eius
non uerbera neque conuitia sed uel tenuem amoris formidat
offensam atque in omnibus non solum actibus uerum etiam uerbis.
attonita semper pietate distenditur. ne erga se quantulum
cumque feruor dilectionis illius intepescat. Cuius timoris mag
nificentiam unus prophetarum eleganter expressit. diuitie inquit
salutis sapientia et scientia. timor domini ipse thesaurus est.
Non potuit timoris istius dignitatem ac meritum euiden
tius exprimere. quam diuitias salutis nostre que in uera sapi
entia dei scientiaque consistunt. diceret non nisi a timore domini non posse
seruari. Ad hunc ergo metum non peccatores sed sancti propheticis inui
tantur eloquiis dicente psalmographo. Timete dominum omnes
sancti eius. quoniam nichil deest timentibus eum. Qui enim hoc timo
re metuit. perfectioni eius certum est nichil deesse. Nam de
illo timore penali. euidenter iohannes apostolus dicit. Qui timet. non
est perfectus in caritate. quoniam timor penam habet. Multum ergo
distantia est inter istum timorem cui nichil deest. qui sapientie
scientieque thesaurus est. et illum imperfectum qui principium
sapientie nuncupatur. quique penam in se continens de pec
catorum cordibus superueniente plenitudine caritatis extrudi
tur. Timor enim non est in caritate. sed perfecta caritas foras mit
tit timorem. Et re uera si principium sapientie in timore con
sistit. que eius erit nisi christi caritate perfectio que illum in se se
perfecte dilectionis continens metum. non iam principium sed thes
aurus sapientie et scientie nuncupatur. Et idcirco duplex
timoris est gradus. unus incipientium id est eorum qui

adhuc ſub iugo & timore ſeruili ſunt. de quo dr̄. Et ſeruuſ
dn̄m ſuum timebit. Et in euanglio. Iam n̄ dicam uoſ ſeruoſ.
quia ſeruuſ neſcit quid faciat dn̄ſ eiuſ. Et iterum Seruuſ
inquit non manet in domo in eternum. filiuſ autem manet
in domo in eternum. Imbuit enim noſ. ut ab illo penali me
tu ad caritatiſ pleniſſimam libertatem & amicorum fi
liorum q; dei fiduciam tranſeamuſ. Deniq; beatuſ apl̄ſ q̄
ſeruilem illum timoriſ gradum olim caritatiſ dn̄ice uirtute
tranſcenderat. inferiora deſpicienſ maiorib; ſe ditatum bo
niſ a dn̄o ꝑfitetur. Non enim inquit dedit dſ nobiſ ſp̄m ti
moriſ ſ; uirtutiſ & dilectioniſ. & ſobrietatiſ. Eoſ etiam q̄
pfecta celeſtiſ illiuſ patriſ dilectione flagrabant. quoſq;
ex ſeruiſ filioſ adoptio diuina iam fecerat hoc adortatur
eloquio. Non enim accepiſtiſ ſp̄m ſeruitutiſ iterum in timo
re. ſ; accepiſtiſ ſp̄m adoptioniſ filiorum dei in quo clama
muſ abba pater. De hoc etiam metu cum illam ſeptiformē
ſp̄c ſc̄i gr̄am ppħa deſcripſiſſet. quem in homine illo dn̄ico
ſcd̄m incarnationiſ diſpenſationem deſcendiſſe non dubi
um eſt. dixiſſet q; & requieſcet ſup eum ſp̄c dn̄i. ſp̄c ſapienti
e & intellectuſ. ſp̄c conſilii & fortitudiniſ. ſp̄c ſcientie &
pietatiſ. nouiſſime uelut qd̄dam precipuum intulit dicēſ.
Et replebit eum ſp̄c timoriſ dn̄i In quo primituſ illud
diligentiuſ intuendum quod n̄ dixerit. & requieſcet ſup
eum ſp̄c timoriſ dn̄i. ſicut de illiſ priorib; dixerat. ſ; reple
bit inquit eum ſp̄c timoriſ dn̄i. Tanta enim ubertatiſ eiuſ
eſt magnitudo ut quem ſemel ſua uirtute poſſederit. non
partem ſ; totam eiuſ occupet mentem. Nec inmerito. Illi
& enim que nūquam excidet coherenſ karitati. n̄ ſolū re
plet. ſ; etiam ppetua & inſeparabili eum quem cepit poſ
ſidet iugitate. nulliſ leticie temporaliſ ut uoluptatū oblec
tationib; imminutuſ. quod nunquam illi q̄ foraſ mittit
timori euenire conſueuit. Hic eſt igitur pfectioniſ timor

quo homo ille dominicus qui non solum redimere humanum genus
sed etiam prebere uenerat perfectionis formam atque exempla
uirtutum. repletus fuisse narratur. Illum enim seruilem
timorem suppliciorum: uerus dei filius qui peccatum non fecit:
nec inuentus est dolus in ore eius: habere non potuit.

GERMANUS. Quoniam de perfectione caritatis sermo di
gestus est: uolumus etiam de castitatis fine aliqua
liberius sciscitari. Non enim ambigimus illud precelsum
fastigium caritatis per quam sicut huc usque dissertum est. ad
imaginem dei similitudinemque conscenditur: sine castita
tis perfectione absistere non posse. Sed utrum ita eius perpetuitas ua
leat obtineri. ut numquam libidinis titillatione integritatem
nostri cordis infestet. et ita ualeamus ab hac passione carnali
in carne degentes peregrinari. ut numquam incentiuorum estu
bus aduramur uolumus edoceri.

CHEREMON. Summe quidem beatitudinis. ac singula
ris est meriti castitatem per quem domino coheremus affectum
uel discere iugiter uel docere: ut meditatio eius secundum psalmo
graphi sententiam omnis uite nostre dies noctesque consumat.
et mentem nostram insatiabiliter esurientem sitientemque iustitiam
celestis huius perpetua ruminatione sustentet. Sed consulen
dum: nunc iumento corporis nostri secundum benignissimam sal
uatoris nostri prudentiam: ne deficiat in uia. Spiritus enim promptus
est caro autem infirma. Que etiam nunc uel exigui cibi
perceptione curanda est: ut post refectionem eius etiam ad ea
que desideratis diligentius indaganda. mentis quoque
addatur intentio. EXPLICIT ABBATIS CHEREMONIS
COLLATIO.

hec me ... dicere collationis uicium

De quibus ꝯ magna

[illegible]